os de ſuis oſſibus productum: proximã ſuã incu
ſauit:in ſeipſo rõnem volũtatis ductricem appeti
tui ſubegit. Indiguit itaqꝫ ad pfectã reſtauratio-
nem triplici remedio. Sacrificio quo placaretur
deo:charitatis diffuſiõe:qua cõmunicaret proxi-
mo:grã reformatiã ordinis in ſeipſo. Omnia hec
cõfert panis chriſti excellẽtiſſimum ſacrm. Nam
ipſum eſt ſacrificij oblatio quo ad deũ. Charitati
ua cõio ad proximum. Viaticum ⁊ refectio ad ſe-
ipſum. Sacrificiũ em̃ ſicut ⁊ verbum abbreuiatũ
fecit nobis dñs ſuper terram:hoſtiam viuã: vni-
cam:mundam plenam bonis:plenam effectibus
omnibus illis p quibus offerri cõſueuerat hoſtia
literalis. In hoc ſacrificio corpis ſui ⁊ ſanguinis
noua fecit omnia veteris teſtamenti oblationes
⁊ ſacramenta:paſchalem agnum:manna deſerti:
panes ppoſitiõis:tauros ⁊ vitulos imolationis:
hircum emiſſariũ: paſſeres:turtures:⁊ colũbas:
vinum ⁊ libamina:ſal in oī ſacrificio atqꝫ oleũ:ne-
Berſi. qꝫ mel:neqꝫ fermẽtũ. Deniqꝫ q̃tidianũ bis ſacrifi
ciũ cũ matutino veſptinũ. Hinc beatus Berſi.
in ſermone de ſacramento. Chriſtus ait:pro ſalu-
te mũdi ſemel factus eſt hoſtia ſalutaris:rei recõ
ciliatio generalis:oībus ſacramentis/tam prece
dentibus quam ſequentibus virtutẽ dedit ⁊ effi-
caciam:vt tanta/⁊ tali hoſtia ſanctificarẽtur om
nes liberandi per illan. Et beatus Augu.j. de ci-
Auguſtinꝰ uita.dei.c.xx. Huius inquit veri ſacrificij multi-
plicia variaqꝫ ſigna erant ſacrificia priſca ſancto
rum. Cum hoc vnũ per multa figuraretur: tanq̃
verbis multis vna res diceretur: vt ſine faſtidio
multum commendaretur. Eſt deniqꝫ ſacramen-
tum illud cõmunio:qua inter ſe mẽbra cũ capite
Chriſto charitate connexa cõicant. Nam in hoc
ſacrificio tota ipſa redẽpta ciuitas: hoc eſt con-
gregatio:ſocietaſqꝫ ſanctorum vniuerſale ſacrifi
cium offertur deo per ſacerdotem magnum:qui
etiã ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis: vt tãti
capitis corpus eſſemus ſm formam ſerui. Hanc
enim obtulit:in hac oblatus eſt:quia ſm hãc me
diator eſt:in hac ſacerdos:in hac ſacrificiũ. Ver-
ba ſunt beati Auguſti.x.de ciuita. dei.capi.vj. Et
ſequitur ad propoſitum. Hoc eſt ſacrificiũ chri-
ſtianorum. Multi vnũ corpus ſumus in chriſto:
quod etiam ſacramẽto altaris fidelibus noto fre
quentat eccleſia:vbi ei demonſtratur quod in ea
oblatione quam offert:ipſa offeratur. Eſt demum
panis ille refectio anime:ſpiritũ reſtaurãs: deſi-
derium ſatians:cor ſpirituale delectans:infirma
roborans:gratie vitam augmentans:viaticũ per
ducens. In cuius fortitudine ambulaſ per deſer-
tum huius mũdi ad montem dei oreb:qui inter-
pretatur ardor:celum videlicet empyreum ſera-
phico ardore fulgidum. Sic cibus ille oblatio eſt
initiata in cruce. facto deo ſacrificiũ viaticũ per-
ducẽs ad terminum:cõio tenẽs interim primos
in vnum. Huius tanti ſacramenti digniſſimus
ſacerdotum ordo miniſterium accepit:quorũ of-
ficio iſte panis vite mortalibus quotidie prepa-
ratur. O vere celeſtis indulgentia. O cumula-
ta gratia. O ſuperexcellens gloria:ſacerdotẽ deũ
ſuum tenere:⁊ porrigendo alijs diſpenſare. Quo
rum quia ignorantie circa tantum myſteriũ a do Oſee.iiij.
mino per prophetã dãnanſ dicentem. Qr tu ſcien
tiam repuliſti:repellã et ego te:ne ſacerdotio fun
garis mihi. Ideo omnium ſacerdotum indigniſ-
ſimus/proprie conſulens inſcitie:nõ preſumptio
ne temeraria:ſed alme huius vniuerſitatis nr̃is
mee pcepto mihi pridẽ per digniſſimos ſuos ora
tores inſinuato:cõtraniti iniuſtũ arbitratus/hu
militer obtemperans:legendi laborem/inſufficiẽ
tiſſimus licet aſſumpſi. Canonẽ quoqꝫ miſſe:quo
diuinus ille ſacramentalis cibus conficiſ: expo-
nendum delegi. Laborem hunc nõ penitus repu
tans inutilem: quo xp̃i ſacerdotes ad ſacerdotij
ve gradũ aſpirantes:tanti officij dignitatem/ri-
tũ ⁊ debite executionis peritiã contẽplari. Nec-
non ſcholaſticorum ingenia myſterij profundita
te exerceri. Omniũqꝫ hoc ſalutari edulio paſci
optãtiũ:conſciẽtie ad dignã eius ſumptionẽ in-
formari poterunt ⁊ accendi. Opus quidem ar-
duum ⁊ ignaro peccatori improportionatũ: cuiꝰ
altiſſimam pfunditatem gigantiũ humeros pre
mere nõ ignoro. Deſperarẽ penitꝰ ⁊ deficerem: ſi Ruth.ij.
vel cũ moabitide poſt terga metentiũ ſpicas eo-
rundem manus fugiẽtes colligere:et non magis
maiorũ iam collecta cõportando preſumerem re
citare. In qua re inſufficientiam ppriam verbis
cultioribus neſcio an palliare dicam:an excuſare
ſuperfluum duxi:cũ ipſam plus cupito operis exe
quendi imperfectio demonſtrabit.

## Proteſtatio theologica.

In huius igitur lectionis initio theologicam
pteſtationẽ frequẽter per me factã renouans: co
ram vobis venerabilibꝰ ac doctiſſimis pceptori-
bus meis pteſtor ſolẽniter ⁊ expreſſe non eſſe mẽ-
tis mee in futuris meis lectionibꝰ/aut alijs qui-
buſuis actibus per me volente dño faciendis:ali
quid dicere:aut pertinaciter defendere:qđ catho-
lice fidei ſeu determinationi ſacroſancte matris
eccleſie quomodolibet obuiet/vel pias aures of-
fendat. Si vero (qđ per ſuam miam dñs auertat)
aliqđ tale ex lapſu lingue/ignorãtia/alia ve quali
cũqꝫ occaſione cõtigeret:reuoco exnũc put extũc:
extũc put exnũc/volẽs ea habere p nõ dictis:ſub-
ijciens me humiliter eorum directioni:quorũ eſt
errantes corrigere:⁊ deuios ad viã catholice ve-
ritatis reducere. Verum ne dicendorũ indiſtin-
cta cõgeries cõfuſionem afferat/placuit opus ipm
qđ ſacri canonis miſſe expoſitio intitulari põt:p
lectiões ptiri:⁊ lectiões p.§. aut lr̃as alphabeti-
cas vlteriꝰ ſecare:q̃tenꝰ ſtudioſo lectori i prõptu
qđ voluerit occurrat:cũ nr̃m quẽ edidimus indi
cẽ:ſeu vt aiunt inuentarium/inuiſere placuerit.

## Duodecaſtichon magiſtri

Gaſparis haſlachij ſymmerigẽſis ad lectorem.
Grãmata gloriolam redolentia deſine vanam:
Mundani faſtus ſuſpicere illecebras.
Atqꝫ phicos/ſacroſqꝫ reuolue libellos:
Turpia cõtẽnens ſcõmata muſicolũ.
Auſu quos diro Julianus apoſtata preſſit:
Quod fidei nouit fortia ſcuta ſacre.
Hinc ea chalcotypis pulchris cirrata iuuentus:
Sancta theologie que tibi ſcripta damus.
Perlege nocturnis vigili cum mente lucernis:
In primis tu que es initianda ſacris.
Nec te preſbyterum quorundam luxus inertum
Abſtrahat/⁊ talus ocia ſcorta ſopor.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA



sacerdotes ſeu preſbyteri. Propter defectū ſcdi repelluntur ab hoc miniſterio elingues ⁊ muti. * Propter defectum tertij excluduntur vſu ratiōis carentes ⁊ fatui: etiam ſi fuerint ſacerdotes. ¶ B Primo ſcilicet poteſtati ordinis: paulo latius immorādū eſt. Ubi in primis cōſiderandū: qḋ multa competūt ordini ſacerdotali reſpectu corporis xpi / tam myſtici ꝗ̄ veri. Corpus chriſti myſticum / intelligo fidelium cōgregationem: eccleſiam videlicet catholicam: ſm illud aplī. Uos eſtis corpus chriſti ⁊ membra de membro. Membra dependentia de mēbro ſcilicet capite chriſto cōmembro. glo. interli. Ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam: que eſt corpus eius. Corpus chriſti verum eſt corpulenta ſubſtantia de virgine maria: operatione ſpiritusſancti ſumpta: vel etiā natura humana: diuine nature in ſuppoſito verbi vnita: de quo infra dicitur. Et hoc ſm duplicem acceptionē corporis: vt diſtinguitur: vel contra animam: vel cōtra ſpiritum. Super vtrūqꝫ corpus inſignes ſacerdos accipit poteſtates. Sup corpus myſticum poteſtatem ligandi: ſoluendi: docendi: confortandi: ligandi penis: ſoluēdi a peccatis: docendi viam ſalutis: confortandi ſacramentis. Ad quorum expletionē Paulus eos hortatur. Attendite vobis et vniuerſo gregi in quo vos ſpiritusſanctus poſuit epōs regere eccleſiā dei: quā acqſiuit ſanguine ſuo. Epōs. i. ſacerdotes: qꝛ olim idē epīs ⁊ preſbyter: ait Hiero. ad euādrū vel eugeniū epm. ⁊ habeſ in canone. xciij. diſtin. legimus. Super corpus chriſti verū ptātem conſecrandi: offerendi: fidelibus diſpenſandi.

¶ C Pro quorum clariori intellectu / videndum quid ſit poteſtas eccleſiaſtica: et quotuplex. Poteſtatem eccleſiaſticam cauſaliter diffinit illuminatiſſimus doctor Joā. gerſon cancella. parrhiſi. in tractatu de eccleſiaſtica poteſtate ſic. Eſt poteſtas a xpo ſupernaturaliter ⁊ ſpecialiter collata ſuis apoſtolis ⁊ diſcipulis: ⁊ eorū ſucceſſoribus legitimis: vſqꝫ in finē ſeculi ad edificationem eccleſie militātis ſm leges euangelicas pro cōſecutione felicitatis eterne. In hac diffinitione cauſali poteſtas ponitur pro genere. Eſt autem poteſtas facultas ꝓpinqua ad exeundum in actum. Dicitur ꝓpinqua: qꝛ obedientialis remota ꝗ̄ eſt in qualibet creatura rōnali reſpectu dei ad quālibet hierarchicā actionē nō dicif ptās eccleſiaſtica. Dicif etiā potētia ꝓpinqua: ꝗ̄ in paſſum diſpoſitū remotis impedimētis ſtatim exire poteſt in actū. Cauſa efficiens ꝑncipalis tangitur: cū dicitur a xpo ſupernaturaliter collata. Non enim ineſt eccleſiaſtica poteſtas a principijs nature: ſꝫ ab eo ꝗ̄ naturā cōdidit. Cauſa materialis vel ſubiectiua notaf: cū dicif. Aplīs ⁊ diſci. ⁊c. formalis inſinuaf cū addif: ſm leges euāgelicas: dāt enim formā vtendi. Cauſa finalis cōcludif: cū ſubdif. Ad edificationē eccleſie militātis pro proſecutione felicitatis eterne. Additum etiā eſt: ſpecialiter ad excluſionem donorū ſupernaturaliū: ꝗ̄ poſſunt eſſe cōia oī viatori: qualia ſunt fides: ſpes: charitas: ꝓphetia: timor: pietas ⁊c. Per has particulas oīs alia poteſtas excluditur: qm̄ oīs alia ptās vel eſt naturaliter indita: ſicut poteſtas corporalis: quo ad cauſam efficientem. Uel eſt ſm leges humanas regulata: ſicut poteſtas ſecularis quo ad cauſam formalem. Uel eſt radicata in habentibus eam ſecundū dona naturalia: etiā vbi ſupernaturalia / vtputa fides: ſpes: charitas nō adeſſent. Unde poteſtas ſecularis contra quam diſtinguif ptās eccleſiaſtica cōuenit alijs quam chriſtianis.

* Mu... aut elig... lꝫ ſacerd... ꝯſecrar... pōt: qꝛ... ſacrꝫ ep... certā m... teriā: c... ēt ꝟbo... mā. j. q. ... trabe. ... dit ꝟbū ... elemētū ... fit ſacr... alterū b... deficit: ... fit cōſec... tio.

j. Cor. ... Ephe. j. Act. xx.

Diffinit... ptātꝫ ec... ſiaſtice.

Dona ... naturali... pſit eē c... oīi via... ri.

¶ Lectio. j.

A



Re-

miſſa in cubiculo cordꝫ deuotiſſima ſpiritusſancti inuocatione: quatenꝰ ꝗ̄ huius diuiniſſimi ē autor muneris: ſit mentiū noſtrarum illuminator: ⁊ doctor internꝰ ſacri canonis. Cuius expoſitionē priuſꝗ̄ ordiamur: premittenda ſunt aliqua ad cōſecrationis actū (ad quem canon etiam totius miſſe officium ordinatur) requiſita. Que tria ſunt in genere. Requiruntur enim aliqua ex parte ſacramenti conficiendi: ⁊ cōſecrantis miniſtri: circūſtantiarū temporis et loci. Et horum aliqua requiruntur tanꝗ̄ ſimpliciter ad conſecrationem neceſſaria: ita qḋ eis non exiſtentibus / non fieret conſecratio euchariſtie: ſiue tranſſubſtantiatio panis ⁊ vini in corpꝰ ⁊ ſanguinem chriſti. Aliqua requiruntur de congruo: tanꝗ̄ decentia ad legitime ⁊ ordinate cōſecrandum: quibus nō exiſtētibus: licet non impediatur cōſecrationis effectus: que eſt trāſſubſtātiatio: impedif tamen euchariſtie fructꝰ. Que igitur ex parte ſacri reqrunf: reqrunf de neceſſitate: que ex parte circūſtātiarum: reqrunf de cōgruo. Eorū vero que requirunf ex parte miniſtri: quedam de neceſſitate requirunf: quedam de cōgruitate. Ex parte ſacramēti requiritur debita materia / ⁊ debita cōſecrationis forma. De quibus infra ſuo loco dicetur. Ex parte miniſtri aliqua requiruntur de neceſſitate: aliqua de congruitate: vt dictum eſt. De neceſſitate miniſtri requiritur poteſtas ordinis: facultas ſermonis: integritas intētionis. Propter defectum primi nō poſſunt conſecrare angeli: mulieres: nec laici: nec aliꝗ̄ nō

Ad ꝯſecratione reqſita.

Ad cōſecrationē aliq̄ ſimplr reqrūtur: aliq̄ de cōgruo.

Requiſita ex parte miniſtri.

xpianis. Ptās aūt ecclesiastica de necessitate fundat in dono supnaturali: scz caractere baptismali de cōi lege: q̄ caracter viatores facit esse de ecclesia militāte: ⁊ ita capaces ecclesiastice potestatis. Tn̄ charitas seu gratia gratū faciens: etsi valde decēs sit suscipientib⁹ ecclesiasticā ptātē: non tn̄ exigit̄ pro dādo titulo: quasi sine ea non possit inesse ecclesiastica ptās: prout waldensium heresis errādo asseruit. ¶ D Legit̄ autē in euāgelio sextuplex ptās a xpo data aplis discipulis ꝑ se ⁊ eorū successoribus: ministris scz ecclesie: quales sunt epi ⁊ presbyteri. Unde Anacletus papa. xxi. distin. in nouo. ait. Apostolis decedentibus: in locum eorum surrexerunt epi. Et sequitur. Uidentes aūt ppli messem esse multā: ⁊ operarios paucos / rogauerūt dn̄m messis: vt mitteret oparios in messem suā. Un̄ ab eo electi sunt septuaginta duo discipuli: quorū typū gerūt presbyteri: atqz in eorūz loco sunt constituti in ecclesia. Hec ibi. Sex ergo ptātes predicte prout eas colligit do. Petrus de aliaco cardinalis he sunt. Ptās consecrationis: sacramētorū administratiōis: predicatiōis: iudiciarie correctionis: dispositionis ministrorū ecclesie: accipiēdi vite necessaria ab his quibus spūalia administrant. De primis duab⁹ magis ad ꝑpositū: q̄ eo ꝯferri vident̄ i ordine sacerdotali. Prima igit̄ ptās est ptās ꝯsecrationis: qua quilibet sacerdos rite ordinat⁹ conficere potest corpus ⁊ sanguinē dn̄i iesu xpi. Hanc contulit dn̄s in vltima cena: cū dixit. Hoc facite in meā cōmemorationem. Hec potestas qn̄qz dicit̄ character vel ptās ordinis: de quo infra latius dicēdum erit. Scd̄a ptās: scz administratiōis sacramentoꝝ ⁊ spāliter sacramēti penitētie: est ptās iurisditionis spūalis in foro pnie: q̄ dicit̄ ptās clauiū: quib⁹ sacerdotes psūt aperire celū et claudere. Aperire dignis claudere indignis. Per pctm̄ enim mortale quilibet peccās claudit sibi celū: qr ꝑstat sibi impedimētū intrādi celū: ⁊ gaudia paradisi. Ad cuius amotionē cōtulit de⁹ ptātē ecclesie: qua discernere pōt in cā ꝑpter quā celum claudit̄: ⁊ ferre sniam ꝓnūciando illū dignū / ⁊ illū indignū. Dignū dolentē de pctis ⁊ ea cōfitētē: indignum nō dolentē de pctis: q̄uis cōfitentem. Et hoc est celū apire ⁊ celū claudere q̄tū ptinet ad ministeriū sacerdotū. Et autoritas hec facie di vocat̄ ptās clauis. Que duplex est: scilz autoritas cognoscendi in cā pctōris cōfitētis: ⁊ autoritas sentētiādi: q̄ dicunt̄ claues. Prima clauis sciētie: secūda clauis ptātis. Un̄ clauis sciētie nō est scientia habitualis vel actualis: vt quidam putauerūt: qr etsi autoritas cognoscēdi requirat sciētiam vel discretionem comitantē rectū vsum ei⁹: queadmodū etiā clauis ptātis requirit iustitiam ad rectū vsum sui. Tn̄ sicut ptās iudicādi nō est iustitia: imo pōt esse sine iustitia: ita ptās vel autoritas cognoscēdi in aliqua cā nō est sciētia vel discretio: qnimo pōt esse sine discretione cognoscēdi: de quo pulchre loquit̄ doctor subtilis disti. xix. iiij. Cōcordat Alex. de ales pte. iiij. q. lxxviij. ar ti. ij. mē. iij. ¶ E Hec ptās promissa fuit Petro a dn̄o: cū dixit. Tibi dabo claues regni celorum ⁊c. Promissa fuit etiā oib⁹ aplis: cū dixit. Amen dico vobis q̄cūqz ligaueritis sup terrā: erūt ligata ⁊ i celis. Et q̄cūqz solueritis sup terrā erūt soluta ⁊ in celis. Collata vero fuit eis in die dominice resurrectiōis: dū apparēs eis iesus i cōclaui cōgregatis insufflauit: ⁊ dixit. Accipite spm̄ scm̄: quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis. Jo. xx. He due ptātes ꝯsecratiōis ⁊ clauiū / dicunt̄ ptātes ordinis sacerdotalis: neqz eedē sunt: neqz simul tpe collate aplis. Quarū vna respicit cōsecrationē corporis xpi veri: qm̄ habens eam cōsecrare pōt verū corpus ⁊ sanguinē xpi virtute verboꝝ sacramentalium. Scd̄a respicit corp⁹ xpi mysticū seu mēbra ei⁹: qr habēs eam pōt soluere ⁊ ligare pctōres: fideles tn̄ q̄ sunt mēbra ecclesie nūero etsi nō merito: lz solutiōe fiāt ēt mēbra merito. Pria vt dictū est: collata est aplis in cena ante xpi passionē. Secūda post resurrectionē. Et videt̄ qd̄ ēt mō in ordinatiōe sacerdotis distinctis actib⁹ ⁊ tpib⁹ ꝯferant̄. Primā em̄ ꝯfert ordinatoꝛ eps ordinando: cū tradens ei calicē cū vino ⁊ aqua pane suprapposito dicit. Accipite ptātem offerendi ⁊ cōficiendi pro viuis ⁊ mortuis. Scd̄am vero tradit aliq̄bus interpositis: ponēs manū sup caput ei⁹ ⁊ dicens. Accipite. ss. quoꝝ re. pctā ⁊c. Et si in collatiōe cuiuslibet ptātis ipmit̄ spālis character: vt q̄dā tenēt: ⁊ recitat Sco. di. xix. iij. tāq̄ ꝓbabiliter dictū tūc tres sunt characteres ordinē sacerdotalē integrātes f̄z tres ptātes collatas. Et si collata pria scz ptāte ꝯsecrādi nō procederet eps ad collationē aliarū: nō esset ille perfecte in sacerdotē ordinatus. Possetqz cōficere corp⁹ xpi: non tn̄ ligare et soluere pctōres: qr ad hoc nondum fuisset sibi collata potestas. Ex hoc videtur opinio quorundam doctorū minus probabilis: dicētium q̄ vna est ptās sacerdotalis f̄m essentiā ⁊ radicē: lz multiplex f̄m effectū. Quodqz cū aplis in cena data fuit ptās cōsecrandi sup corpus xpi verū: etiā collata sit eis ptās super totū corpus xpi mysticum: ipsum scz in mēbris ei⁹ ligādi ⁊ soluēdi: nā verba illa. Hoc facite in meā ꝯmemoratiōnē: quib⁹ tradita est prima ptās: nullū penitus ordinē habent vel habitudinē ad scd̄am ptātem. Neqz em̄ significāt ipm̄: nec exprimunt: qd̄ tn̄ regulariter fit per verba q̄b⁹ aliqua cōfert̄ ptās. Quo em̄ als sciret̄ qd̄ collata esset hec vel illa ptās? Et preterea cum verba sacramentalia hoc qd̄ significant efficiunt ⁊ verba quib⁹ prima ptās cōfert̄ / scd̄am ptātē penitus nō significent: sequit̄ qd̄ neqz ipm̄ cōferat.

¶ Lectio. ij.



A Epo testates sacerdotales eq̄les sunt i oib⁹ rite cōsecratis sacerdotibus: maioribus ⁊ minorib⁹ hoc ē episcopis et simplicibus sacerdotibus. Sunt etiā inauferibiles. Ratio primi pt̄z ex premissis: qr cuilibet sacerdoti indifferenter cōferuntur per easdē verboꝝ formas: ⁊ per eorundē exhibitionē signoꝝ quasi materiaꝝ: dicente ordinatore super q̄nlibet. Accipe ptātem celebrādi ⁊c. Ac porrigēte cuilibet calicē cū pane ⁊ vino: rursus ad manuū ipositionē cuilibet. Accipite spm̄ scm̄ quoꝝ remise. ⁊c. He forme sicut eedem: ita ⁊ eiusdem efficacie sunt in oibus: sicut ⁊ alie forme sacrales quātū est ex pte earū. Itē iydē characteres imprimunt̄ oib⁹ sacerdotibus in sua ordinatiōe: in q̄bus fundant̄ he ptātes. Ratio scd̄i scilz inauferibilitatis est: qr character in sacerdotali.

Sextuplex est potestas a xpo aplis data.

Mat. ix. Luce. x.

Luce. xxij.

Quilibet peccans p pctm̄ mortale claudit sibi celū.

Clauis ecclesiastica duplex.

Mat. xvi. Mat. xviij.

Improbatio opinionis quorundam doctorum.

ordinatione impreſſus manet: nec vnq̄ delef: et
per cōſequens nec ptās q̄ in eo fundaf. Eſt enim

Quid character.

character forma ſupnaturalis a deo creata: que
p nullā virtutē creatā corrūpi pōt. Ei⁹ nāq3 deſi-
tio annihilatio eſt: ad quā virt⁹ creata ſe nō extē
dit: ſicut nec ad creationē. Neq3 a deo tollif pro-
pter quodcūq3 pctm̄: ſicut cetera dona ſupnatu-
ralia: q̄uo charitas tollitur ꝑpter pctm̄ mortale:
fides ꝑpter hereſim: ſpes ꝑpter deſperationē: q3
character ſacerdotalis cōferf a deo: etiā exiſtenti
in pctō mortali: etiā actu peccandi: vt ſi quis cū3
propoſito peccādi ſuſcipit ſacrm̄ ordinis: ⁊ ideo
nulli pctō repugnat. Quātūcūq3 igif ſacerdos ſu
ſpendatur: excōicetur: degradef: ſemp manet in
eo ptās cōſecrādi: ſimiliter ⁊ autoritas ligādi et
ſoluēdi. In cuius ſignū cū hi reconciliant eccl'ie:
nō reordinanf in ſacerdotes: qđ tñ foret neceſſa-

Auguſtin⁹

riū: ſi ptās ſacerdotalis per hm̄oi actus auferre-
tur. De hoc btūs Aug. reprobans poſitionem Cy
priani dicētis: qđ heretici vera ſacramēta nō ha-
bent. Et illorū qui dixerūt: qđ ſacerdos recedens
ab eccl'ia baptiſma non amittit: ſed ordinem. Ad
Permenianū ſcribēs ait de hereticis ⁊ dānatis:
⁊ hř. i. q. i. qđ quidā. Qđ quidā dicūt qđ baptiſma
qđ accepit nō amittit qui recedit ab eccl'ia: ius tñ
dandi qđ accepit amittit (.i. ordinē3. glo.) multis
modis apparet fruſtra ⁊ inaniter dici. Primo: q2
nulla oſtendif cauſa cur ille qui baptiſma amit-
tere non pōt: ius dandi poſſit amittere. Utrūq3
em̄ ſacrm̄ eſt: ⁊ quadā ꝯſecratiōe hoī datur: illud
em̄ cū baptizatur: illud cū ordinaf: ⁊ ideo nō licet
a catholico vtrūq3 ſc3 ſacrm̄ iterari. Nā ſi qñ ex
parte ipſa veniētes etiā prepoſiti pro bono pacis
correcto ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt: ⁊ ſi viſu3
eſt opus eſſe / vt eadem officia gererent que age-
bāt: nō ſunt rurſus ordinādi: ſed ſicut baptiſm⁹
in eis / ita ⁊ ordinatio manſit integra: q2 in preci-
ſiōe fuerat vitiū: qđ vnitate pacis eſt correctū: nō
in ſacramentis / que vbicūq3 ſunt ipſa vera ſunt.
Et infra eodē. De his qui ab vnitate eccleſie ca-
tholice ſeparati ſunt: nulla iam queſtio eſt: quin
habeant ⁊ dare poſſint ſacra: ſed pernicioſe ha-
bent: pernicioſeq3 tradunt: qui extra vinculū pa
cis ſunt. Neutri ſacro iniuria facienda eſt: ſicut
nō recte habet qui ab vnitate recedit: ſed tamen
habet: ⁊ ideo redeunti nō redditur: ſic etiā nō re-
cte dat qđ accepit: ⁊ ideo qđ ab eo accipitur: ve-
niēti ad vnitatē non iteratur. Ex quibus verbis
Augu. cōſtat in oībus tam apoſtatis q̄ hereticis
aut dānatis manere ſacramēta chriſti vera: quā
tū ad ſe ⁊ ſctā: licet ad dānationē ſint habentis:
dantis ⁊ recipientis. ¶ B Ex his infero qđ pe-

Error eorū q̄ dicūt ſacerdotem i pctō mortali exiſtentē nō ꝯficere.

riculoſe errant dicētes ſacerdotē in pctō mortali
exiſtentem nō cōficere: q2 ptās cōficiendi nō fun
daf in grā: nec ipſam neceſſario preſupponit: ſed
vt dictum eſt: in charactere ſacerdotali quam ſm̄
legem ſtatutā prereq̄rit. In cuius ſignū chriſtus
in cena cum aplos ſuos ſacerdotes ordinauit: or
dinauit ⁊ iudam proditorē ſuum ſacerdotem ſm̄
doctores: qui tñ tūc nō fuit in grā: q2 ia3 poſt bu-
cellam panis intrauit in eū ſathanas. Cōſtat er-
go qđ tunc recepit conſecrādi poteſtatem. Si er-
go tūc in debita materia cū certa verborū forma

Errāt dicētes ſacerdotem in mortali pctō exiſtētē nō poſſe quē abſoluere a peccatis.

ꝯſecrare attentaſſet: cur nō conſecraſſet? Par rō
eſt de quolibet ſacerdote. Unde beatus Augu. in
lib. de corpe dn̄i ait. Intra eccleſiā catholicam in
miniſterio corporis ⁊ ſanguinis dn̄i nihil a bono
maius: nihil a malo minus perficif ſacerdote: q2
nō in merito cōſecrantis: ſed in verbo efficif crea
toris ⁊ virtute ſpūſſcti. Infero ſcđo ex predictis
quod ſimiliter errāt dicētes: ſacerdotem in mor-
tali pctō exiſtētē nō poſſe quē abſoluere a pecca-
tis. Patet ex eodē fundamēto: quia ptās clauiu3
ex xp̄i ordinatione gratiā nō prerequirit: vt reci-
piaf: ſed ptātem dūtaxat cōficiēdi. Nō em̄ voluit
dn̄s aliquē hre ptātē ligādi vel ſoluēdi ſup corp⁹
xp̄i myſticū: niſi haberet ptātem ſup corpus xp̄i
verum. Et ſi ad hoc nulla ſit autoritas expreſſa
canonis: ſufficit rit⁹ ⁊ vſus eccleſie: que maioris
eſt autoritatis autoritate cuiuſcūq3 doctoris par
ticularis: vnde beat⁹ Aug. ex dictis Baſilij inq̄t
diſt. xi. eccl'iaſticar. Eccl'iaſticarū inſtitutionum
quaſdā in ſcriptis: quaſdā vo aplica traditione
p ſucceſſores in miniſterio cōfirmatas accepim⁹
quaſdā vero conſuetudine roboratas approbat
vſus: quib⁹ par ritus ⁊ idē vtriſq3 debetur pieta-
tis affectus. Et in ep'la ad Ianuariū diſtin. xij. illa
autem. Illa aūt q̄ non ſcripta: ſed tradita ſunt cu
ſtodimus: que quidē toto orbe terrarū obſeruan
tur: datur intelligi vel ab ipſis aplis: vel ex plena
rijs cōcilijs: quor eſt in eccleſia ſaluberrima auto
ritas: cōmendata atq3 ſtatuta retineri. ¶ C Si
forte quis obijceret: xp̄s priuſq̄ apoſtolis diceret.
Quorum remiſeritis pctā remittuntur eis: pre-
mittit. Accipite ſpm̄ſctm̄: ergo videtur qđ gratia
ſpūſſcti req̄raf ad ſuſceptionē p̄dicte ptātis. Ad

Spūſſcti dupl'r dat⁹ accipitur

qđ dicendū qđ ſpūſſctūs dupliciter daf ⁊ accipif
vc3 in grā gratūfaciente: ⁊ in gratia gratis data.
Primo modo daf ad pſonalē ſctificationem reci
piētis. Scđo mō nō ſemp ad perſonale3 ſctifica-
tionē: ſemp autē ad eccl'ie vtilitatē. De prima dr.
Iuſtificati gratis per gratiā ipſius. ſ. xp̄i. glo. per
gratiam xp̄i q̄ donū dei eſt. Maximū autē donu3
ſpūſſanctus eſt: vnde ⁊ dicif ibidē. c. v. Charitas

Rom̄. iij.

dei diffuſa eſt in cordibus veſtris p ſpm̄ſctm̄ qui
dat⁹ eſt vobis. Gratia autē q̄ iuſtificat charitas
eſt: aut ei inſeparabiliter cōiuncta: q̄ daf ſemp ad
ſanctificationē: q2 ipſa eſt q̄ operit multitudine3

Prouer. ⁊ .i. Pe.

pctōrū. De ſcđa. i. Cor. xij. Alij per ſpm̄ datur ſer-
mo ſapiētie: alij ſermo ſciētie ſm̄ eundē ſpiritum
alij fides in eodē ſpū: alij grā ſanitatū in vno ſpū
alij operatio vtutū: alij ꝓphetia. Premiſit aute3
apl's. Unicuiq3 daf manifeſtatio ſpūs ad vtilita
tem. Diuiſa ſunt dona: nō ad meritū alicuius ſin
gulariter danf: ſed ad vtilitatē eccleſie edificāde.
Qđ aūt nō detur ad perſonalē vtilitatē / patet: q2
ſic daf ⁊ reprobis: quib⁹ allegātibus in iudicio re
cepta dona ⁊ dicentibus. Dn̄e nōne in noīe tuo
prophetauimus: ⁊ in noīe tuo demonia eiecim⁹

Matt.

virtutes multas fecimus: dicturus eſt dominus.
Nunq̄ noui vos. glo. i. in nullis approbaui. Ita-
q3 apoſtoli in poteſtate ligādi ⁊ ſoluēdi / recepe-
rūt quidē ſpm̄ſctm̄: q2 ipſa ptās ligādi atq3 ſoluē
di donū eſt ſpūſſancti: ſed gratis datū. Unde nō
dixit dn̄s. Accipite gratiā ſpūſſancti: vt accipia-
tis poteſtatem remittendi peccata: vel vt remit-
tatis peccata: ſed ait. Accipite ſpm̄ſctm̄: quorū re
miſeritis pctā ⁊c. quaſi di. Accipite donū ſpiritus
ſancti: poteſtatē ſcilicet remittendi peccata: vac-
cipientes hoc donum ſpiritusſancti: ſpiritūſan-
ctu3 recipitis. Nec tñ negandum quod chriſtus
dedit his verbis ⁊ ſigno flatus aplis augmentū
grē ⁊ charitatis. Sed nō dedit illā vt diſpoſitio-
nē preuiam neceſſario requiſitā ad ſuſceptione3
poteſtatis clauiū: ſed tanq̄ diſpoſitionem de cō-
gruo vt digne recipiatur: ſicut ⁊ nunc gratia con
fertur in collatione ordinum: niſi impediat obex
in ſuſcipiente ad dignam poteſtatis executionē.
Unde etſi non ad ſuſceptionem / neq3 ad execu-
tionem poteſtatis clauium ſimpl'r requirif grā
gratūfaciēs: requirif tamen ad dignam poteſta-
tis clauiū ſuſceptionē; eiuſq3 dignā executione3.
vnde ſicut

Unde ſicut ordinandus ſe diſponere debet: vt ſi-
ne peccato recipiat ordinis ſacramẽtum: ita etiã
curet mundus eſſe a peccato: vt digne actum rece
Auguſtinꝰ. pte exequatur poteſtatis: quia teſte beato Augu.
contra donatiſtas. Nemo digne abſoluit: niſi co
lumba vel columbe mẽbra. Colũba .i. chriſtꝰ. Mẽ
brum columbe: a pctõ mundus. ¶ D Et pro di-
ctorum cõfirmatione poteſt argui per locũ a ma-
iori: ſi ad recipiendum ⁊ exequendum poteſtatem
conſecrandi verum corpus chriſti. nõ requiritur
neceſſario gratia gratum faciẽs in miniſtro que
maior eſt: multominꝰ requiritur in poteſtate mi-
nus digna: reſpectu ſcilicet corporis chriſti myſti
ci: ſed ibi non requiritur: vt dictum eſt: ergo nec
hic. Cõcordat his magiſter diſt. xix. li. iiij. allegãs
illud Hier. ſuper illo verbo Mat. xvj. Tibi dabo
claues regni celorum. Dat deus benedictionem
digne poſcenti per indignum miniſtrũ. Fallit au-
tem ⁊ fefellit multos vulgata ſententia: qui liga-
tus eſt: alium ſoluere quõ poteſt? Quod vtiqꝫ ve-
rũ eſt de ligatura corporali: ⁊ dum hec membra li
gata ſunt: quibus ⁊ non aliis ſoluere poteſt. Alio
quin nihil prohibet pedibus ꝯpeditum: ⁊ mani-
bus liberũ: vincula alterius ſoluere. In ꝓpoſito
autem nulla eſt ligatura corporalis: ſed dũtaxat
ligatio per preceptum. Preceptum enim videtur
ſacerdotibus: vt digne ⁊ iuſte opera ſui miniſte-
rij exequantur: nam Leui. xxi. precipitur. Homo
de ſemine aaron qui habuerit maculam: nõ offe-
rat panes coram dño: nec accedat ad miniſteriũ
eius. Per maculam vitium itelligitur: vt dicit gl.
Deut. xvj. vnde Auguſtinus. Ablata eſt oĩs dubitatio. Ne
mo ſummorum vel ſecundorum ſacerdotum de-
Exo. xix. bet ad ſancta accedere: ſi immũdus eſt: immo vi
detur eſſe de iure naturali vt homo ſancta ſancte
pertractet: vt dicit ſanctus Tho. in. iiij. vbi infra
Item iuſte quod iuſtũ eſt exequeris. Sacerdotes
qui accedunt ad dominũ ſanctificentur: ne per-
cutiat eos. Et per Eſa. precipit dñs. Mundami-
Tho. aqnaſ ni qui fertis vaſa domini. Eiuſdem. lij. ¶ E His
aliiſqꝫ autoritatibus moti ſanctus Thom. Alb.
Petrus de tharã. dicũt ꝙ ſuſcipiens vel exequẽs
ordinem in peccato mortali: mortaliter peccat: qr
facit contra preceptum diuinum. Vñ ſctũs Tho.
in. iiij. ſcripto diſt. xxiiij. q. ij. dicit: ꝙ ſanctitas vi-
te requiritur ad ſuſceptionem ordinis cuiuſlibet
nõ de neceſſitate ſacramenti: ſed neceſſitate ꝓce-
pti. Vñ ſi malus ordinatur: nihilominus ordinẽ
habet: tñ cũ pctõ: nã in quolibet ordine quaſi pre
ſumptuoſus mortaliter peccat: ꝗ cũ ꝯſciẽtia pcti
mortalis ad ordinem accedit. Hoc quoad ordi-
nis ſuſceptionem. Sed quoad executionẽ actuũ
ordinis ſubdit circa finẽ. q. Lex precipit vt homo
iuſte ea ꝗ iuſta ſunt exequatur. Et ideo quicunqꝫ
hoc quod ſibi cõpetit: ſcꝫ rõne ordinis facit indi
gne: qð iuſtũ eſt iniuſte exequitur: ⁊ ꝯtra ꝓceptũ
Deut. xvj. legis facit: ac ꝑ hoc mortaliter peccat. Quicunqꝫ
aũt cũ pctõ mortali aliquod ſacrũ officiũ pertra-
ctat: nõ eſt dubiũ quin indigne illud faciat: vnde
patet ꝙ mortaliter peccat. Et infra. Qñcunqꝫ mi
niſter exhibet ſe in aliquo actu vt miniſtrum ec-
cleſie in mortali peccato mortaliter peccat: et to-
tiẽs mortaliter peccat: ꝗtiens hmõi actũ facit: qr
Dionyſiꝰ vt dt Diony. c. i. celeſtis hierarch. Immũdis nec
ſymbola .i. nec ſacr̃alia ſigna tangere fas eſt. Vñ
qñ tangũt res ſacras: ꝗſi ſuo officio vtentes mor
taliter peccãt: ſecꝰ ſi ĩ aliqua neceſſitate aliquod
ſacr̃m cõtingerent vel exeq̃rent: in eo caſu in quo
ẽt laico liceret: ſicut ſi baptizaret in articulo ne-
ceſſitatis. Uel ſi corpus xp̄i in terra proiectũ col
ligeret. Loquit ſemper de exiſtẽte in pctõ morta-
li. Hec ſnĩa etſi non omnibus placeet tanꝗ̃ nimis
dura: videtur tamen firmis ſcripture radicibꝰ in
nixa. Et ideo eccleſie miniſtris ſolicitius formidã
da. ¶ F Sic ergo in propoſito non eſt niſi ligatu
ra precepti: propter quã factum contra preceptũ
non eſt irritum: ꝗ̃uis peccent preceptũ tranſgre-
dientes. Et eſt ſimile in ciuilibus. Precipiat dñs
ſeruo ſuo: ne certum vinculatum ſoluat: iam ſer-
uus ille ligatus eſt: eo modo quo precepto ligari
dicimur. Conſtat autem ꝙ ſeruus ille contrane-
nire poteſt ꝓcepto dñi / ⁊ ligatũ ſoluere. Quod ſi
facit: nõ minus ſolutus eſt ꝗ vinctus fuerat: ꝗ̃ ſi
preceptũ de nõ ſoluẽdo ſuꝑ ipſum latum nõ fuiſ-
ſet. Ita in propoſito. Preceptũ nõ ligat corporali
ter ſeu realiter poteſtatem clauiũ: ne ipſam hñs Preceptũ quõ ligat ptãtẽ clauium.
poſſit exire in poteſtatis actum: ſed ligat ne licite
poſſit: ſed nec pctõ mortali ligatur: ne aliũ a mor
tali ſoluere poſſit: qm̃ etſi mortali peccato ligatꝰ
eſt: ne poſſit perficere actus meritorios: ⁊ ita qua
ſi pedibus bonarũ affectionũ tenet ꝯſtrictus: nõ
tñ ligatus eſt pctõ mortali quantũ ad illð quo ſol
uit .i. ptãtem clauiũ ꝗ manibus aĩe poterit ꝯpara
ri. Claudicat ergo popularis illa ſiĩitudo transfe
rendo ligationẽ corporalẽ ad ligationem per pro
hibitoriũ ꝓceptũ vel ꝑ mortale pctm̃. Et rõnabi
liter / miſericorditerqꝫ dñs. ordinis ptãtẽ ſiue ad
ſuſcipiendũ: ſiue ad exercendũ impediri noluit
ſimplr̃ peccato ſuſcipientis ⁊ exeq̃ntis: ne hierar
chicus ordo eccleſie inſtabilis ſit / incertus: totuſ-
qꝫ confuſus. Cũ eñ nemo ſciat an amore vel odio
dignus ſit: ⁊ hoc de ſeipſo: multominus de alio Eccli. ix.
nunꝗ̃ ſecuti eſſe poſſent ſubditi: ſed nec preſiden
tes. Quippe ſemꝑ dubitare haberẽt pctõres: an
fuerint rite vere ⁊ ſacr̃aliter abſoluti: cum ſemper
dubitarent de munditia ſacerdotis ex multis cõ
tra eos ꝯceptis ſuſpitionibus. Sed ⁊ ipi ſacerdo
tes ſi ptãtẽ in ordinatiõe rite ſuſceperit: ſi ẽt rece-
pta ptãte vere ꝯſecrẽt: ſi abſoluãt ⁊c. cum ſe tũc vl
nũc charitatẽ habuiſſe: aut habere ignorent. Et
licet in his nõ poſſit haberi certitudo euidentie
abſqꝫ diuina reuelatione: propter intẽtionem or
dinãtis / cõſecrantis / abſoluẽtis que aliis igno-
ta eſt: ſm̃ illud. Homo videt que patẽt: deus aũt
intuet cor. Credibilius tñ eſt / ⁊ veriſimilius inten
tionẽ debitã fuiſſe conſecrãdi: cõferendi: ordines
recipiendi / ⁊ generaliter exequendi: ꝗ̃ oppoſitũ.
Secus de miniſtrorũ ſanctitate. ¶ G Preterea I. Reg. xvi.
non videtur diuine bonitati conſentaneum: alte
rum pro alterius iniquitate puniri: in his preſer
tim que ad ſalutem pertinent: dũ ille alteri in ſua
malicia non cõicet. Sed ſi pctõrẽ confitentẽ: ⁊ ad
abſolutionẽ recipiendã ſm̃ humane fragilitatis
poſſibilitatem ſe diſponentem / ſacerdos propter
occultũ ſuũ peccatũ non abſolueret: puniret pec
cator ꝓpter pctm̃ alienum cui nõ cõicaſſet: cõtra
illud. Filiꝰ nõ portabit iniqtatẽ pris. Iuſtitia iu-
ſti ſuꝑ eũ erit: ⁊ impietas impij ſuꝑ eũ erit ⁊c. Ite Eze. xviij.
rũ rõnabile eſt: vt deꝰ aſſiſtat ſacr̃o penitentie ad
peccatorũ remiſſionẽ quã ſignificat. Aſſiſtat di-
co certitudinaliter reſpectu ſignificati in fieri: ne
ꝓpter ſigni incertitudinem negligat quis ſacr̃m
ſuſcipere. Nam ꝗs hoĩm ſue fame zelator alteri
hoĩ cordis ſui ſecreta forefacta aperiret: niſi fir-
miſſime crederet deũ aſſiſtere ſacerdoti ad remiſ
ſionem ſuoꝝ peccatoꝝ: dum in ſe ꝯfitente non ſit
obicis impedimentũ? Nemo pro re dubia ⁊ pene
neutra rẽ tã difficilẽ ⁊ naturali inclinationi con-
trariã: qualis eſt pctõꝝ ꝯfeſſio / ſubiret: que neceſ-
ſario prerequirit ſacramentali abſolutioni. Hec
paulo latiꝰ de ptãte ordinis inſerere placuit / que
materie noſtre non impertinentia videbantur.

¶ Lectio.iij. A

Tertia poteſtas eſt ptās diſpoſitionis miniſtroꝝ eccleſie: quoad determinationē iuriſditiōis eccleſiaſtice: vt euitef confuſio ⁊ diſſenſiōis materia ⁊ in pp̄lo ⁊ inter miniſtros: ſi hi eq̄liter et indiſtincte de omni populo curam haberent. Et hec poteſtas collata eſt ſinglr̄ petro ⁊ eius ſucceſſoribus: vbi ait ei ſinglr̄ xp̄s. Paſce oues meas. Idip̄m tertio repetēs. i. ſis paſtor ⁊ p̄latus gn̄alis: vt ſcꝫ ad te ptineat diſpoſitio ⁊ regimen gn̄ale ouiū ⁊ ouilis. ¶ Pro quo ad maiorem eoꝝ q̄ dicta ſunt elucidationē notandū: ꝙ iuriſditio conſiſtit in quadā prelatione ſeu ſuperioritate ſup certā plebē vel perſonā. Qr dr̄ iuriſditio quaſi autoritas vel ptās dicēdi ius. Hoc aūt nulli ꝯpetit reſpectu alterius: niſi ſuper ip̄m habeat quandā prelationē. Et diuidif quātū ad ꝓpoſitū ſufficit: qr quedā eſt coerciua: de qua infra dicef: quedā nō coerciua: ⁊ hec eſt requirif in foro interiori ad abſolutionē pctōꝝ: qr hec miniſtrat materiā priori ptāti: ligandi ſcꝫ ⁊ ſoluēdi: hec ptās iuriſditiōis in ſua plenitudine reſidet in ſummo pōtifice: quoad totā eccl̄iam vniuerſalē: quia ip̄ius ſolius eſt vniuerſalr̄ iſtituere rectores ⁊ prelatos in eccl̄iaſtica hierarchia: cum ip̄i ſoli dictum ſit. Paſce oues meas. Ubi xp̄us non diſtinxit inter has ⁊ illas: ſed gn̄alr̄ oīū curā ſibi ꝯmiſit. Ab eo ergo deſcendit mediate vel immediate oīs eccl̄iaſtica iuriſditio in inferiores p̄ſidentes: quos vocat ad ſe in partem ſolicitudinis: cum ipſe vocatus ſit in plenitudinem poteſtatis: vt in ca. ad honorē. de autoritate ⁊ vſu pallij Inno. iij. In inferioribus vero prelatis eſt hec ptās limitata: ſm̄ ſummi ſacerdotis rōnabile arbitriū. Unde ep̄s nullos pōt ligare vel ſoluere niſi de ſua dioceſi: vt in. c. nullus. de parochijs ⁊ alie. paroch. Sic etiā curatus in alienos ſue parochie non ſubiectos abſoluēdi nullā habet poteſtatē. vnde. xiij. q. j. eccleſias. dr̄. Statuimus vt nullus alterius parochie terminos aut ius inuadat. Sit vnuſquiſqꝫ ſuis terminis contentus: ⁊ taliter eccleſiā ⁊ plebem ſibi commiſſam cuſtodiat: vt ante tribunal eterni iudicis ex oībus ſibi cōmiſſis rationem reddat: ⁊ non iudiciū: ſed gloriā ꝓ ſuis actibus percipiat.

Joan. xl.

In quo conſiſtit iuriſditio.

Ep̄us nullos pōt ligare vel ſoluere niſi ꝺ ſua dioceſi.

¶ B Hec ptās iuriſditionis in foro anime interiori nō eſt ptās ordinis: nec cōfertur in ordinis ſuſceptione. Nam eoipſo quo aliquis ordinatus eſt preſbyter: non eſt conſtitutus prelatus: nec curator alicuius perſone vel plebis. Preſupponit tamen eam: et fundatur in poteſtate ordinis ſacerdotalis: quia nulli committitur niſi ſacerdoti poteſtatem clauium ex ordine habenti. Non em̄ per ptātem iuriſditionis datur noua ptās abſoluendi ſacramentaliter: ſed materia ſubijcitur: in quā accepta ptās clauium valeat exerceri. Coherēt ergo ſibi he due ptātes clauiū ⁊ iuriſditionis quantū ad forū aīe: ita ꝙ vna ſine alia non ſufficit ad ſoluendū a peccatis. Non ſufficit dico: nedū ad ordinate ⁊ licite abſoluendū: ſed ſimplr̄ ad abſoluendū: ita ꝙ ſi ſacerdos tētauerit abſoluere non ſuū: non modo peccat mittendo falcem in meſſem alienam: ſed omnino nihil facit: qm̄ a nō ſuo iudice ligari nullus valet vel abſolui. in. c. qꝺ autē. de peni. ⁊ remiſ. ⁊ eo. ti. ca. omnis. dicit Inn̄.

Innocen.

iij. Eum volentem confiteri non ſuo ſacerdoti id fieri debere decernit de fauore proprij ſacerdotis: cauſam ſubdit dicens. Cum aliter ipſe illum non poſſit ſoluere vel ligare. Itaqꝫ ad abſoluendū requirif ptās clauiū: ⁊ materia in quam abſolutio recipiatur: ſeu ad quam terminetur. Sicut tam in naturalibus q̄ artificialibus ad agenduꝫ requiritur potentia ſeu virtus agendi: ⁊ materia in quam actio terminetur. Poteſtas itaqꝫ agendi: poteſtas eſt clauis. Materia ꝓpinqua ſiue p ſe: eſt peccatū. Materia ſecūdaria ſiue p accidēs peccator ſubditus. Subditus dico duplici ſubiectione ſcilicet voluntaria: ⁊ ſubiectione prelati ſuperioris. Utraqꝫ ſubiectio requiritur: nam quantūcunqꝫ peccator ſit ſubiect⁹ per prelatum ſacerdoti parochiali: niſi tamen volūtarie ſe ſubijciat eidem: a peccatis non abſoluetur. Quis enim diceret aliquem inuitū abſolui in foro conſcientie? Similiter quātūcūqꝫ q̄s volūtarie ſe ſubijciat alicui ſacerdoti: niſi talis ſibi prefectus ſit a ſuperiore: abſoluere eum non poteſt. Facit ad hoc. c. peruenit. xvj. q. j. Ubi paſchaſius papa decernit nullum penitentiam ac peccatorum remiſſionem dare poſſe abſqꝫ proprij ep̄i fauore vel apl̄ice ſedis autoritate: ꝓut hoc de monachis ſpecialiter ſtatutum eſt in concilio chalcedonenſi. ea. q. c. quire re. Et hoc quidem rationabiliter: ne ſcilicet prebeatur incentiuū delinquēdi. Qꝺ certe preberef ſi quilibet pro ſua volūtate poſſet a quocūqꝫ ſacerdote abſolui. Tolleref etiā ex hoc nō parū erubeſcentia pctōꝛis: q̄ magna ps eſt ſatiſfactionis. Tolleretur inſuper cura ⁊ ſolicitudo ſacerdotum quā abhibēt circa ſalutē ſuorum ſubditoꝝ: ſi pro libito ſubditorū viderēt ſe cōtēptos in huius ſacramenti ſuſceptione. ¶ C Ex his infero correlarium ꝙ ſacerdotes ſimplices non curati: non poſſunt ſibijnuicem abſolutiōis bn̄ficiū impendere: ſine ſui ſupioris fauore concurrente. Patet ex dictis: qr nullus eoꝝ hꝫ ſuper alium iuriſditionem. Neqꝫ em̄ ſacerdotes excipiūtur ab illa ſacra lateranen̄. concilij conſtitutione qua precipif oībus vtriuſqꝫ ſexus fidelibus ſuo proprio ſacerdoti: vl̄ de eius fauore petito et obtēto alteri confiteri. de peni. ⁊ remiſ. omnis. Qꝺ vero ibi addif: ad min⁹ ſemel in anno: ſpecīuocat p̄ceptū quantū ad partem eius affirmatiuam: ſm̄ quam nō obligat pro ſp: ſed pro certo tpe. Sed non dat libertatē extra id tempus confiteri alieno ſacerdoti: quia eadeꝫ cauſa eſt extra id tempus ſpecificatū ⁊ in illo. Illa ſcilicet quia vtrobiqꝫ deficit iuriſditio ſacerdoti alieno. Hinc de peni. diſt. vj. placuit. Urbanus papa ſecundus generaliter ſtatuit: ne quis ſacerdotum alienum abſoluat. Ait enim. Placuit vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad penitentiam ſuſcipere: ſine eius conſenſu cui primo ſe commiſit. Glo. ſuper verbo commiſit. i. cuius parochianus eſt: ⁊ cauſam addit glo. Ab alio em̄ nō pōt ligari vel ſolui. Uerum de iſto cōſenſu requiſito altercatio eſt inter doc. quibuſdam dicentib⁹: ꝙ req̄ritur conſenſus expreſſus ſui p̄lati aut ſacerdotis. Ad hoc multa iura adducūtur: inter q̄ eſt. c. oīs allegatū. Ubi notanter dr̄ de licētia petita ⁊ obtenta: qꝺ requirere videtur expreſſum ꝯſenſuꝫ. Alij vr̄ ꝙ ſufficiat licentia tacita: ita ꝙ ſi ep̄s ſcit talia cōiter fieri a ſacerdotibus: ⁊ nō reclamat ſed ſuſtinet: eo ipſo preſumendū eſt eū tacite approbare. Unde Hoſtien̄. ⁊ Guil̄. dicūt: cū eſt de more alicuius eccleſie vt vnus ſacerdos audiat alium ſacerdotē: ⁊ abſoluat: ⁊ epiſcopus hoc ſciēs fieri cōiter tolerat poteſt fieri: qr eoipſo preſumitur tacite approbare.

Attende duplici ſubiectione

nota

dare/et licētiā dare. Idē refert aſteñ. in ſum.li.v. ti.xx. Cōcordat Guil. de mōtelauduno: ⁊ Ray. in ſum.li.iij. His etiā cōſonat eximius doctor Joā. Gerſon cancel. in multis locis ſine ſcriptis ſuis: nominatim in tractatu de cōtractibus ꝓpoſitione.xvi. dicens. Ubi papa vel eccleſia aut legiſlator ſcit: ꝙ cōſtitutiones ſue: vel nō publicanť: ſʒ danť obliuioni: vel nō approbanť moribꝰ vtētiū: ſed paſſim declināt in oppoſitum: tūc cōſtitutiones ille deſinūt habere vim obligationis: tanq̄ abolite per nō vſum vel cōſuetudinē oppoſitā: q̄ eſt optima poſitiuaꝝ legū interpres. Alioqn tolerantia pape vel alterius legiſlatoris eſſet ſibimet repugnans ⁊ populis noxia. Fundať in hac radice: dicit abolitiones conſtitutionū quaſi ſine numero poſitaꝝ in decretis: etiā que in generalibꝰ cōcilijs tradite ſunt: vt de ieiunādo quinquageſimā/quartā/ſextā/⁊ ſeptimā ferias. Uel ꝙ ſacerdos celebrās duos habeat aſſiſtētes: de quo clare habeť diſt.iij. in iſtis. ⁊ .c. deniq̄. Ita in ꝓpoſito: ⁊ ius illud quo ꝓhibeť ne aliquis cōfeſſorem preſumat eligere: niſi cū certa autoritate: quoad ſacerdotes abolitū videť. Cū paſſim quilibet ſacerdos cōfeſſionē alterius cuiuſlibet ſacerdotis audire nō vereať. Que cōſuetudo: ſi dicať corruptela: vix apd ſacerdotes ſalutis erit ſtatꝰ. ¶ D Sed forte dicis. Ad abſoluendū requiriť iuriſditio in abſoluēte: quis illaʒ tribuit: Poteſt dici ꝙ prelati dūridētes ſuos ſubditos ſacerdotes ſibi mutuo cōfiteri ſine ſpeciali licētia: nō prohibēt: arguūt: nec puniūt. Hoc ipſum nō faciēdo rationabiliter iudicanť tacite conſentire: ⁊ per hoc iuriſditionis determinationē quoad hunc vel illū (cū ſit de iure poſitiuo: qd variationē recipit per tacitā reuocationē) abrogare. Immo nō dʒ ſubditus facile habere opinionē malā de ſuo prelato: cūq̄ iudicare immemorē ſalutis ꝓprie ⁊ ſuoꝝ ſubditoꝝ: maxime in his in quibꝰ eū ſaluare poteſt. Sic ergo huic cōſuetudini cui tacite conſentiūt: nō reclamando ꝓlati iuriſditione tribuunt. Nec mirū cū etia in ceteris cauſis ⁊ negocijs cōſuetudo det iuriſditionē nō habenti: vt in.c. dilecti. de arbitris. vbi habeť ꝙ cōſuetudo approbata dat mulieribus quibuſdā in ſubditos ordinariā iuriſditionē cōtra legē ſcriptā: q̄ precipit ꝙ femine a publicis officijs ſint remote. Sed adhuc cōtra dicta ſic opinātiū videť eſſe.c. ſi ep̄s de pe. ⁊ remiſ.li.vi. vbi diciť. Nulla quoq̄ pōt cōſuetudine introduci: ꝙ aliquis preter ſui ſuperioris fauorē: cōfeſſorē ſibi eligere valeat: qui eū poſſit ſoluere vel ligare. vbi glo. ſuper verbo cōſuetudine: dicit. Eſt enim onerosa eccleſijs: ideo non valet: ⁊ de cōſuetudine.c.ij. Ex eo frangiť eccleſiaſtice diſcipline neruus. de conſuetudine. venerabilis. Etiā eſſet hoc contra obedientiam principis preſcribere: qd eſſe nō poteſt. De p̄ſcriptionibꝰ cum nō liceat. Hec ibi. Ex his videť ꝙ conſuetudo in caſu noſtro nō tribuat iuriſditionē: cū per c. allegatū expreſſe reprobeť. Qui vult tenere opinionē iſtā: poſſet dicere ꝙ.c. dicit ſine ſuperioris licentia: ſine qua vtiq̄ electus cōfeſſor nullā habet iuriſditionē: que tamen iuriſditio neceſſario requiriť. Hic autē accedit licētia: licet nō expreſſa: tamē tacita. Et ita.c. hoc nō eſt cōtrariū predictis: ꝓpter hoc tamē capitulū: dñs Antoninus recedit ab hac opinione: dicēs eā nō eſſe multuʒ tutā parte.iij. ti.xiiij.c.xix. Opinio ſecūda eſt magis pia ꝓ excuſatione ſacerdotū: ſic ſine expreſſo fauore ſe abſoluentiū mutuo. Sed prima eſt magis tuta: maxime qꝛ rationes ⁊ cauſe ꝓpter quas iuriſditio in eccleſia diſtincta eſt ⁊ determinata: non minus locū habēt in ſacerdotibꝰ (quoꝝ nōnulli vtinam hodie eſſent ſicut populꝰ) q̄ in laicis/in quibꝰ libera cōfeſſoris electio ſine exp̄ſſo ſuperioris fauore reprobať. Uñ vtile foret vt prelati ſuis ſacerdotibus fauorē expreſſum tribuerent: vt ſic ſecure ⁊ ſine ſcrupulo cōſcīetie ſe mutuo poſſent abſoluere: vel ſi id minus expedire videreť: ꝙ exp̄ſſa ꝓhibitione/eiuſq̄ʒ efficaci executione hunc abuſum ſeu corruptelā e medio tollerent. Securū quoq̄ʒ eſſet ſacerdotibus formidoloſis ⁊ timoratis: immo vere omnibꝰ: vt fauorē a ſuis curatis vel ſuperioribus prelatis verbo vel ſcripto obtinerēt cōfitēdi quē elegerint ſacerdoti. Eſſet etiā tutū ſcrupuloſis non abſoluere: niſi hmōi fauorē aſſecutos. ¶ E Secundo infero: ꝙ ſacerdos nō ſolū nō alienum: ſed nec a quolibet crimine abſoluere poteſt ſuū ſubditū cōfitentē. Patet: qꝛ ſicut per autoritatem ſuperioris miniſtrari oportet materiā q̄tū ad perſonā abſoluendam: ita etiā q̄tū ad peccata a quibꝰ abſolui dʒ. Utraq̄ʒ em̄ ⁊ peccator ⁊ peccata ſunt materia poteſtatis clauiū ⁊ ſacramēti penitētie. Et peccata quideʒ materia ꝓpinqua. Peccator v̄o remota: qꝛ ꝓpter pctā cōfitēs eſt materia: qui ſine peccatis abſolutionis capax nō eſſet. Non em̄ ſoluiť niſi ligatꝰ. Et ſi innocēs ꝯfeſſori ſe offerre poſſet: nō tñ poſſet ꝯfiteri vel abſolui: cū ꝯfiteri ſit ſe de pctis accuſare. Et abſoluere ſit a pctis liberare: vł ab eis liberatū iudicare ac ꝓnūciare. Nūc ergo ſummꝰ hierarcha: cuius eſt poteſtatē iuriſditionis alijs impartiri: ſicut partitus eſt ꝑſonas: parrochias ⁊ dioceſes: ita et pctā partiri pōt. Et ſicut nō omnibus quos in partē ſolicitudinis aſſumpſit: oēs gñaliter ſubiecit. Ita ⁊ ſubiectoꝝ nō omnia pctā ſubegit: ſed quedā grauia ⁊ enormia pctā ſibi: quedā ep̄is reſeruauit: cetera inferioribus curatis cōmiſit. Sed et ep̄i quoꝝ eſt tradere materiā immediate ſubiectis: per eoꝝ inſtitutionem ad curā agendā populi: tm̄ inſtitutis cōceſſerūt: quātū ſibi ꝓ bono regimine populi expedire iudicarūt. Ne ſi etiā maiora pctā eoꝝ poteſtati ſubijcerēt: facilitas venie incētiuū preberet delinquēdi: ideo etiā ſibi quedā reſeruarūt. In omnibꝰ itaq̄ʒ his: vel reſeruationibꝰ: ſiue conceſſionibus poteſtas clauiū in ordinationibꝰ omnibꝰ equaliter collata: neq̄ʒ extendiť: neq̄ʒ reſtringiť: ſed illimitabilis manet in ſua radice. Dumtaxat autē vſus illius ptātis impediť: ꝓ q̄to tolliť materia circa quam hmōi poteſtas poſſet exerceri. Sicut qui fabro tollit ferrū: nihil artis vel poteſtatis fabricādi aufert: ſicut nec confert ferrū tribuēdo. Impedit aūt vſum eius per materie ſubtractionē. Et ſicut hierarchis aliquādo partim ſubtrahiť: ⁊ partim miniſtrať: quādo certo populo: ⁊ eoꝝ certis nō oībꝰ peccatis abſoluēdis preficiunť. Ita nōnūq̄ per ſuſpēſionem ab officio ⁊ grauiores penas: puta excōicationē: depoſitionem: aut degradationē oīs materia ſubtrahiť: ⁊ vſus poteſtatis clauiuʒ penitus impediť. Ita vt neminē aliquo pctō abſoluere poſſint taliter ſuſpēſi: ⁊ ſi attētarent: nihil facerēt. ¶ F Ex his tertio infero ꝙ nō eſt ſimile de ptāte cōſecrādi: ⁊ poteſtate abſoluēdi q̄tū ad eaꝝ exercitium. Patet: qꝛ illa impediri nō pōt ſimpliciter per ſuperioris autoritatē. Iſta v̄o ſimpliciter pōt impediri: patet ex p̄miſſis. Huius rōnē aſſignat Sco. in.iiij. diſt.xix.q.i.ar.iiij. qꝛ ptās ꝯſecrādi eſt quaſi potētia ꝓpinqua: q̄ hʒ materiā in natura panē ſcʒ triticeū. Nec aliqd aliud cōcurrit ſeu requiriť. Ut em̄ panis ſit materia: nō requiriť: ꝙ ſit a cōſecrāte tanq̄ res propria poſſeſſa. Uel ꝙ ſit ab illo vel

Joannes Gerſon.

Subditus nō debet facile habere opinionē malam de ſuo ꝓlato.

excellētie ſacramēti: actio irrationalis: ⁊ per hoc nō humana preiudicet. Unde qꝛ ſacramentū eſt eccleſie: requiritur fides eccleſie: et quia actualiter miniſtrat a cōſecrante: requirit intentio conſecrantis. Per hoc ad Aug. Extra eccleſiam non eſt locus veri ſacrificij. Reſpondetur dupliciter. Primo extra eccleſiā .i. extra formā eccleſie. Uel ſic: extra eccleſiā nō efficit ſacramentum quod ſignat .ſ. ſalutē: qꝛ hereticus conficit et accipit ad ſui dānationē: ⁊ confert alijs in ſimili errore poſitis. Unde .i. q. i. ꝙ quidā. §. Quis. Quāuis poſſet generaliter dici: ſacramēta que apud hereticos non aliter ꝙ in eccleſia celebrantur: vera et rata eſſe quātū ad ſe: falſa vero ⁊ inania quantum ad effectum: ⁊ in his male ſumunt. Nec mirū. Ipſa em̄ ſalus noſtra buccellam iude dedit: ſtatim cū buccella nō bonus: ſed malignus ſpiritus intrauit. Non qꝛ bonus nō daret bonū: ſed qꝛ malus male accepit bonū: ſicq; bonū effectum nō habuit: quia vbi illud faceret nō inuenit. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ fides que eſt fundamentū ⁊ virtus ſacramentorū nō eſt fides miniſtri cōſecrantis: aut etiā fides ſuſcipiētis: ſed eſt fides eccleſie: quam ſequit intētio cōficiētis: quā intentionē generalem eccleſie: habere poteſt hereticus: non ſolū in alio: ſed etiam in huius ſacramēti articulo: vt ſupra dictū eſt. Et dicit idem Alex. de ales. Ad hieronymū dicitur ꝙ in ſacramentis hereticorum quedā ſunt que a deo ſunt: et illa non odit deus: vt character ordinis: et verba conſecrationis: et vi illorū conficiūt heretici: que etiam ſunt cōmunia eis et eccleſie: et ſic ex eo qḋ eſt eis et eccleſie cōmune: conficiunt. Sunt etiā in eorū ſacrificijs quedam mala .ſ. infidelitas: perfidia: inobedientia ⁊c. hec odit dns. Quātū ad ea q̄ bona ſunt .i. conſecrationem: que fit in forma eccleſie: mittit ſeipſum et angelos: adſiſtit em̄ ſigno ſuo: qḋ eſſe voluit certum efficax ⁊ practicum: non obſtante malicia miniſtrorū. ¶ Ad autoritatem cypriani dicitur ꝙ intelligi dꝫ de hereticis qui formam eccleſie non tenēt. Quod patet per illud qḋ addit. Ubi oia per mēdacium gerunt. Illa dicunt geri per mendacium: que extra formā eccleſie geruntur. Uel ſi aliud voluit: in hoc errauit: et correctꝰ eſt a beato Augu. ¶ Ad magiſtrū dicendū ꝙ magiſter ſoluit cum ſubdit. Aliqui dicunt: non recte ſentientem de illo myſterio poſſe intendere: non quidē illud conficere: qḋ iam eſſet recte credere: ſed illud agere quod gerit ab alijs: et ſic adhibet intentio et impletur myſterium. Et ita ſatis patet ꝙ intentio de neceſſitate requirit in ſacerdote. Intentio dico generalis faciēdi quod eccleſia facit. ¶ F Sed queritur vtrum requiritur actualis intentio talis que dicta eſt: in prolatione verborum cōſecrationis? Ad huius queſtionis ſolutionē aduertendū poſt doctorē ſubtilem in .iiij. di. vj. q. vj. ꝙ triplex diſtinguitur intentio: actualis: habitualis ⁊ virtualis. Actualē intentionem habet qui habet actū in voluntate elicitū reſpectu huius quod intēdit: vt dū quis habet actuale velle intrare eccleſiā: actualiter intendit intrare eccleſiā. Habitualē habet: qui habet in ſe habitū derelictū ex actu intētionis frequētato: inclinantē eū ad ſimiles actus: qualē etiā habere poteſt dormiens habituatus. Intentionē virtualem hꝫ is qui ex virtute intentionis actualis prehabite: pcedit in opus ex illa tanꝙ ex radice: ita ꝙ illa intentio actualis ſit principiū ordinatum ad oēs illos actus ſequentes: ſicut intētio finis habet in ſe intentionem mediorum ad hunc finē ordinatorū. Et ita in qualibet actuali intentione medij: manet virtus prime intētionis: pro quanto illud mediū non aſſumeretur: niſi preceſſiſſet intentio prima actualis: quaſi finis in quem me diū hoc ordinat. Exemplū ſicut modo intendēs ire ad ſanctū Jacobū: ex intentione huius finis ordinat multa alia neceſſaria ad illum finem: exequēs autē illa ordinata: nō ſemper cogitat de eū do ad ſanctū Jacobū: ſed ſepe per operationes circa media/vel alias diſtrahit ab actuali intentione prima: nihilominus tamē oia dicit facere ex prima intentione: et virtualiter habere illam primā intentionē in proſecutionē mediorū: pro quanto he actiones medie proceſſerunt a prima actuali intentione: ⁊ in eam tanꝙ in finem ordinātur. Quod ex eo patet: quia interrogatus cur hoc agis: ſtatim reſpōderet: ꝓpter ire ad ſanctū Jacobū. ¶ G Ad propoſitū dicitur. Primo qḋ ad cōſecrandum nō requiritur intētio actualis conſecrandi in prolatione forme cōſecrationis. Patet: nam non requirit maior intentio in cōſecratione: ꝙ in meritoria operatione: quia opera tio nō eſt meritoria niſi ex proprio conatu voluntatis: nō tamē excludēdo gratiā. Conſecratio autem efficax eſt ex v̄bo creatoris. Nūc autē in operatione meritoria nō requiritur ſemper actualis intentio ad merendum. i. actualis relatio actus ſui meritorij in deum: alioquin cōtinuās actum meritoriū cū diſtractione non mereretur. Et in exemplo propoſito: ambulās ad ſanctū Jacobū: dū actualiter de hoc non cogitaret non mereret. Nec ſancti martyres tolerantes duriſſimas penas diſtracti: aut forte abſorpti immanitate penarū: propter qḋ non ſemper cogitauerūt actualiter illa pati pro fide xp̄i ſeu iuſtitia: meruiſſent: qḋ eſt inconueniēs. Et ꝓpterea non eſt veriſimile deū ſacerdotē obligaſſe ad pene impoſſibile: vel ſaltem nimis difficile in illo actu: cuiuſmodi eſt nō diſtrahi ab actuali intentione: cū ſm btm̄ Aug. in ſecūdo de libe. arbi. nō ſit in poteſtate noſtra quin viſis tangamur: hoc eſt que offerunt ꝑ intellectū volūtati. ¶ Secūdo dico ꝙ nō ſufficit habitualis intentio: qꝛ conſecrare (vt dictū eſt) debet eſſe actus humanus. Actus autē etiam cōformis habitui: ſi nō ſit a volūtate intendēte: ſed aliūde preter intētionē euenit: humanus nō eſt. Nam ſi quis habeat habitū inclinantē ad deſideriū ſanitatis: ſi currat nō intendēs per hoc ſanari ſed ludere: nō dicit cōſequi ſanitatē ꝑ actū humanum: ſed caſualiter vel fortuitu. Sola ergo intētio habitualis nō ſufficit reſpectu finis actꝰ humani vt humani. ¶ Tertio dico ꝙ ad cōſecrā dum requirit: ⁊ ſufficit in ſacerdote intentio virtualis: hoc eſt requiritur ⁊ ſufficit ꝙ ſacerdos habuerit intētionē actualē cōſecrandi: ex qua ꝓceſſit ad opus celebrationis: et ſufficit hec intentio etiā ſi in verbis cōſecrationis diſtrahatur nihil actu cogitās de cōſecratione. Et hec vera ſunt: ſi opus celebrationis ꝓceſſit ex prima intentione actuali ſine omni motu cōtrarie volūtatis interueniēte: qui ſi interueniret: ⁊ nō de nouo intēderet cōſecrare: ꝗuis ꝓferret cōſecrationis verba: non tamē cōſecraret: qꝛ tunc nō adeſſet intentio actualis: nec virtualis. Hec multū quietāt ſcrupuloſas cōſciētias: ꝗuis nō minus cōgruit vt ſacerdos per preuiā deuotā recollectionē virium: ⁊ intentionis firmationem omnia diſtrahentia et impertinentia poſſetenus excludat: ac deuotius actualiter intendere ſatagat: abigens manu ſancte diſcretionis volucres cogitationū peruerſarum: importune ſe ingerentiū: et ſacrificij fructū

Dubium. Solutio dubij.

Intētio eſt triplex.

Ad conſecrandū requiritur/et ſufficit i ſacerdote intentio virtualis.

Violare cupientium: exemplo patriarche abrae: ne muſce morientes perdant ſuauitatem vnguēti.i.cōſolationem et guſtum dulciſſimum huius diuiniſſimi ſacramenti. Et tantum de his que ex parte miniſtri requiruntur ad neceſſitatē ſacramēti: que fuere poteſtas ordinis: facultas ſermonis: et integritas intentionis.

¶ Lectio .vij.

A Xpeditis his que ex parte miniſtri requirūtur ad ſimpliciter cōſecrandum: vidēda ſunt cōſequēter que ex parte eiuſdē requirunt ad ordinate cōſecrādum: et hec ſunt duplicia: vcʒ impedimentoꝝ amotio: quꝝ aliq̄ ſunt tm̄ culpe: aliq̄ tm̄ pene: aliqua nec culpen ec pene. Secundū eſt cōuenientiū appoſitio.

Impedimēta quib9 ſacerdos impeditur ab ordiata celebratione.

Impedimēta que ſunt tantū culpe: quibus ſacerdos impedit ab ordinata celebratione ſunt pctā mortalia: qd̕ pʒ: nā ordiate celebrat q̄ celebrādo non peccat. Inordinatio enim in celebrādo defectus eſt nō naturalis: ſed moralis: omnis eñ talis peccatū eſt: ergo a cōtrario ſenſu: qui celebrādo peccat: inordinate celebrat. ¶ B Peccat autem mortaliter quicūq̧ in mortali ſaltē ſciēter celebrat. Quod ꝓbat autoritate ꝛ ratione. Autoritate apoſtoli.

j. Coꝛ. j.

Qui māducauerit panē hūc ꝛ biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et ſanguinis dñi. Et ſequit. Iudiciū ſibi māducat ꝛ bibit.i.dānationē. Dānationē autē nō inducit niſi peccatū mortale: nō aūt hoc dūtaxat de cōmunicante: ſed etiā multomagis de celebrāte dicitur. Unde gloſa beati Amb. Indigne māducat / qui aliter celebrat q̄ a chriſto traditū eſt. Et qui indeuota mēte accedit ad euchariſtiā: vel in voluntate peccādi manet: ille reus erit corporis et ſanguinis dñi.i.mortis xp̄i penas dabit.i. ac ſi xp̄m occiderit punieṫ. Hec glo. Cū dicit: qui aliter celebrat myſteriū euchariſtie: q̄ a chriſto traditū eſt: hoc dicit quantū ad cōficientes ſiue cōficere volētes: qui nō deuota mēte ex cordis deſiderio ad euchariſtie cōſecrationē accedūt. Sic eñ tradidit xp̄s ex maximo charitatis deſiderio: vnde et ait aplʼs. Deſiderio deſideraui hoc paſcha

Luce. xxij.

māducare vobiſcū anteq̄ patiar. Luc. xxij. Hoc autē facit qui nō diſcernit corpus dñi ab alijs cibis: ſed indiſcrete ꝛ negligenter tractat et ſumit: venerationē ſingulariter huic ſacramēto debitā nō exhibēs. Quod notaṫ per apoſtolū cū addit. Non dijudicās corpus dñi. ¶ Et quod ſequitur in glo. Uel in volūtate manet peccādi: diciṫ quātum ad cōficiētes ꝛ ſumētes. Sic ꝛ illud glo. Indignus eſt ꝛ reus qui beneficiū eius in irritū ducit: quod facit quiſquis ſacramentuʒ ſalutis nō tractat: vel ſumit (obſtāte mortalis peccati obice) ad ſalutē. ¶ Itē magiſter diſt. xij. quarti. Indignus eſt qui aliter celebrat myſteriū q̄ chriſt9 celebrauit: vel qui habēs mortale peccatū accedit. Probaṫ idē ratione: quoniā actus conficiēdi euchariſtiā nobiliſſimus et excellētiſſim9 actus eſt omniū poteſtatū eccleſie: ergo multomagis peccat hunc indigne ꝛ in mortali peccato exercens: q̄ aliū actuʒ cuiuſcunq̧ poteſtatis vel ordinis. Sed exercēs aliū actū ordinis in mortali: mortaliter peccat: vt ſupra lec. ij. deductū eſt: ergo a maiori conficiēs et exercēs euchariſtiam in mortali peccato: peccat grauiori modo mortaliter: quia actus cōficiēdi euchariſtiā nobiliſſimus eſt omniū actuū eccleſiaſticoꝝ: vt. ꝫ. deductuʒ eſt. Preterea omnis cōſecrās etiā ſumere debet euchariſtiā: vt in .c. relatū. de cōſe. di. ij. vbi diciṫ. Modis omnibus tenendum eſt: vt quotienſcūq̧ ſacrificans corpus ꝛ ſanguinē dñi noſtri ieſu chriſti in altari immolat: totiens perceptionis eius participē ſe prebeat. Cum ergo ſumēs ꝛ manducās in mortali indigne ſumit: ꝛ mortaliter peccat: ergo ꝛ conſecrans: qꝛ cōſecrans etiā eſt manducans.

Thomas aquinas

¶ C Quod etiā ſumēs in mortali peccet mortaliter: ex hoc deducit beatus Tho. in. iiij. ſcripto. diſt. ix. q. iij. qꝛ talis abutitur ſacramēto: ꝛ q̄to ſacramentum eſt dignius: tanto abuſus grauior. Quod vero abutaṫ: patet ex tribus que in hoc ſacramento attenduṫ: que ſunt ſacramentū tantum: ſacramentū ꝛ res: ꝛ res ꝛ nō ſacramentum. Quantū ad primū habet rationē cibi ꝛ potus: cibus autē nō cōpetit niſi viuēti: ꝛ ideo carens vita gratie per mortale mortuus eſt ſpiritualiter: ꝛ ita abutiṫ ſacramēto. Peccatū eñ tale ideo mortale diciṫ: eo ꝙ mortificat animā quoad gratiaʒ gratificantē: non quoad gratiā gratis datā: quā etiā habēt heretici: pagani: iudei: qui tamē etiaʒ maxime peccare videnṫ: ꝛ tamen vt communiter alijs habiliores videnṫ. Quoad ſecūdum ſumiṫ ibi chriſtus qui eſt ſanctuſſanctoꝝ: vnde receptaculū eius dʒ eſſe ſanctū: ideo qui ſumit cū cōtrario ſanctitatis.i.cōſciētia mortalis peccati: abutitur. Quoad tertiū: qꝛ accedens ſignificat ſe ad vnitatem corporis chriſti myſtici tēdere: vnde ſi peccatū mortale in cōſciētia teneat per qd̕ a corpore myſtico ſeparaṫ: fictionis culpā incurrit: et ita abutiṫ ſacramēto. Hec Th. Ex illis ſequiṫ ꝙ ſacerdos in mortali pctō celebrans peccat duobus mortalib9 peccatis diſtinctis. Uno qꝛ indigne ꝯſecrat: alio qꝛ indigne māducat. Patet clare ex p̄miſſis: qꝛ māducare ꝛ conſecrare duo act9 ſunt diſtincti: et in qualibet indigna executione cōmittiṫ pctm̄ mortale.

Sacerdos in pec[cato] mortali [ce]lebrās [pec]cat du[obus] pctis [mor]talibus [di]ſtinctis

¶ Sed di. aliquis. Si ita ſe habet officiū conſecrādi: impoſſibile eſſet ſine mortali euchariſtiā cōſecrare aut ſumere: ꝛ ꝑ cōſequēs nulli eſt ſacm̄ illud ad ſalutē: ꝓbaṫ tñ ſequela: qꝛ cōſecrās aut eſt in pctō mortali vel nō. Si primū ex dictis indigne ſumit et ad iudiciuʒ: et ita mortaliter peccat. Si non: quia tamen nemo de ſe ſcire poteſt an odio vel amore dignus ſit. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meū: purus ſum a peccato. In tali dubio accedens: periculo mortalis peccati ſe exponit: et per cōſequēs mortaliter peccat: ſm̄ illud. Qui amat periculuʒ peribit in illo.

Eccle[ſiaſtes] Prou[erbiorum]

¶ D Ad huius replice ſolutioneʒ duo vidēda ſunt. Primo quot modis aliquis dicitur eſſe in mortali: et qui horum modorum reddunt accedentem indignum. Secundo quomodo in cōſecratione ꝛ ſumptione poſſit vitari nouum mortale. De primo notat Sco. diſt. ix. iiij. q. vnica ꝙ aliq̄s poteſt intelligi eſſe in mortali tripliciter.

Eccle.

Aliquis in pctō [tri]pliciter.

Primo in actu ſiue actualiter: quia tunc peccat actualiter peccato mortali actu interiori vel exteriori: vtputa qui habet volūtatem reſpectu actus peccati preteriti: preſentis vel futuri. Hec enim volūtas que eſt actus elicitus: eſt mortale peccatum primo et intrinſece: quo nō exiſtēte: actus imperatus nunquam eſt peccatum.

Duplex actus [volun]tatis.

¶ Pro cuius declaratione notandum ꝙ actus voluntatis eſt duplex: ſcilicet actus voluntatis elicitus: et actus voluntatis imperatus. Actus voluntatis elicitus eſt actus productus ab ipſa voluntate ſine imperio ipſius voluntatis; vt

velle

velle peccare:velle dare eleemoſynã. Sed actus
imperatus voluntatis eſt actus ꝓductus ab ali-
qua potentia mediante imperio voluntatis: dũ
talis actus poſſit eſſe in poteſtate voluntatis: vt
velle audire lectionem imperatũ a volũtate:velle
facere hoc vel aliud imperatum a voluntate. Se-
cundo aliquis intelligitur eſſe in peccato:qꝛ poſt
peccatum preteritum:de quo non recolit: non pe
nituit/nec peniter. Tertio quia etſi penituit aut
penitet:nondum tamẽ eſt confeſſus:ꝛ in foro ec-
cleſie abſolut9. Quiſq̃s ergo aliquo triũ modorũ
fuerit in mortali:indigne cõſecrat ꝛ ſumit: ꝛ acce
dendo nouum pctm̃ mortale incurrit:nõ tñ equa
liter:ſʒ alter altero maius. Nam primo modo in
peccato mortali exiſtẽs grauiſſime peccat:dũ ſe
quẽ indignũ ꝛ immũdũ nouit: ꝓparare negligit:
ibi enim eſt peccatum omiſſionis:ꝛ peccatũ con
tẽptus:nã chriſto quãtũ in ſe eſt: cõtumeliã fa-
cit. Unde peccato iude cõparatur i gloſa venera
bilis bede: Marci.xiiij.ſuper illud. Ue autẽ hoi p
quẽ filius hois tradetur. In ſempiternum ve hoi
qui ad menſam dñi indigne accedit:ille em̃ in exẽ
plũ iude filiũ hois tradit:nõ iudeis quidẽ pecca
torib9:ſed tñ peccatorib9:mẽbris ſcʒ ſuis q̃ acci-
pere dominici corporis ſacramentum:temerarie
preſumit:tales em̃ ſunt de primo modo: qꝛ ſcien-
tes ſe in mortali:qđ actu cõtinuant: accedere nõ
formidãt. Qui vero ſecũdo mõ ſunt in pctõ mor-
tali:licet minus q̃ꝫ primi:peccant tamen mortali
ter ꝑ negligẽtia qua ſe ꝓbare negligũt.i. exami-
nare: maxime ſi hec negligentia fuerit affectata
craſſa vel ſupina:qđ ſi affectata fuerit:auget pec-
catũ ꝛ aggrauat:nã ꝛ ipſa ignorãtia ſm̃ ſe pctm̃
Auguſtin9 ad Ualentinum. eſt:vnde Augu. Ad Ualentinũ. In eis q̃ ſcire no-
luerunt:ignorantia ipſa pctm̃ eſt. Et de hac dicit
Amb. Grauiſſime peccat q̃ ignorãter peccat:ideo
grauiſſime:qꝛ periculoſiſſime. De hoc Magiſter
Ambroſi9. diſt.xxij.lib.ij. Si vero craſſa fuerit: ideſt talis q̃ p
debitam diligentiã ſi adhibita fuiſſet excludi po-
tuiſſet:etſi excuſat a tanto pro quanto minuit cõ
tẽptũ:quẽ prior ignorãtia auget:nõ tamẽ excuſat
a toto.i.nõ excuſat ſimpliciter a mortali pctõ:vn
de Augu.vbi.s̃. Ignorantia eoꝝ nõ q̃ ſcire nolũt:
ſed qui tanq̃ꝫ ſimpliciter neſciũt:nullũ ſic excuſat
vt eterno igne non ardeat: ſed fortaſſe vt mitius
ardeat. Si autẽ fuerit ignorãtia inuincibilis ſim
pliciter excuſat:de quo infra dicetur. ¶ E Simi-
liter qui ſunt in mortali tertio modo:ideſt nõ cõ-
feſſi poſt mortale cõmiſſum:lʒ penitentes et con-
triti:accedentes mortaliter peccãt:vt tenent dñs
Alber. Sco. Richar. Gerſon in regulis moralib9
ca. de penitentia:ꝛ in ſuo tripertito de confeſſio-
ne. Et eſt ratio Scoti:qꝛ nõ tm̃ debet accedens re
cõciliari deo:ſʒ etiã eccleſie:vt digne ſuſcipiat ſa-
cramentũ vnitatis eccleſie. Etiã propter hoc or-
dinauit eccleſia:vt oẽs vtriuſqʒ ſexus ante feſtuʒ
paſche:quo cõmunicare tenẽtur omnia peccata
ſua cõfiteãtur:ꝛ ſic cõfeſſi cõicẽt. Et eadem rõne
quocũqʒ tpe anni cõicare quis voluerit. De hoc
Hugo. venerabilis Hugo in lib. de eccleſiaſtica poteſta
te ligãdi ꝛ ſoluẽdi ait. Audacter dico: ſi ante ſacer
dotis abſolutionem ad cõmunionẽ corpis et ſan
guinis chriſti quis acceſſerit/ pro certo ſibi iudi-
cium manducat ꝛ bibit:etiã ſi eũ multũ peniteat
ꝛ vehementer doleat/ꝛ ingemiſcat. Et hoc eſt ſim
pliciter verum:ſi cõfeſſoris copia haberi põt. Si
vero nõ occurrat oportunitas confitendi:diſtin-
guẽdũ eſt ſm̃ Sco. Si põt ſine ſcandalo differre
celebrationem/aut ꝯmunionẽ: debet expectare
confeſſionẽ. Si vero immineat ſcandalũ:niſi ſta-
tim celebret/aut cõicet:vt puta ſi ſacris veſtibus
indutus memorarec alicui9 peccati mortalis cõ-
miſſi ꝛ nondũ cõfeſſi:nec haberet ad manũ ido-
neũ cõfeſſorẽ:tũc cũ cõtritiõe/ꝛ volũtate confitẽ
di tẽpore opportuno põt celebrare:vt ſcandalum
euitec ſine nouo mortali etiã cuʒ merito. Simili-
ter de alio cõicaturo in ſimili caſu cenſenduʒ eſt:
vt exẽpli cauſa in aliqua religiõe: vel eccleſia con
ſuetum eſt/vt oẽs nõ ſacerdotes certo die cõmu-
nicẽt:ſi tũc alicui ex his tꝑe cõionis occurrit mor
tale nõ cõfeſſum:nec habere poteſt idoneũ cõfeſ-
ſorem:põt nihilominus cũ contritione in actu: ꝛ
cõfeſſiõe in voto tꝑe oportuno faciẽda accedere:
ꝛ nõ cõfeſſus cõicare. Nec eſt dicendum qđ talis
peccet mortaliter/vel tranſgrediac preceptum vt
euitet ſcãdalũ:qꝛ nullũ ꝓceptũ excludit ipſum ab
illo actu:in hoc caſu:qꝛ dilatio cõfeſſiõis i actu:q̃
tũc habec in affectu nõ excludit eũ:quin ſit mem-
brum eccleſie militãtis habile ad act9 in quibus
mẽbra cõicãt:ꝛ tenetur vitare ſcandalũ proximi.
Hec Sco. Eadẽ ratio videtur de curato: qui pro
pter neceſſitatem infirmoꝝ/aut ſubditorũ ad au
diendam miſſam die dñico obligatorũ:miſſe cele Queſtio.
brationem ſine ſcandalo omittere põt. ¶ f Sed Solutio.
diceres q̃d de veniali. Reſpondet Scotus: vbi ſu
pra:dicẽs. De veniali nõ oportet dubitare: qꝛ de
illo nõ eſt neceſſitas penitẽtie:ꝛ per cõſequẽs nec
cõfeſſionis. Dicẽdũ igic qđ q̃uis vtile ſit ſe a ve-
niali per cõfeſſionem:ſiue alia remedia purgare:
pro quãto reddũt hominẽ tepidũ:grauẽ ꝛ obnu
bilatũ:deuotionẽ tollũt:aut minuũt:adimuntqʒ
cautelã cauẽdi maiora:ſm̃ illud. Qui ſpernit mo Eccle.xix.
dica paulatim decidit:tñ nõ videtur abſolute ne
ceſſariũ:qđ de ipſo cõſecratur9 prius cõfiteatur:
aut etiã cõteratur. Quod ex eo patet:nã hoc non
eſt neceſſariũ ad ſecure moriendũ:qꝛ ſi quis in ve
niali decedit ſine mortali:ẽt moriens in actu pec
cati venialis ſaluabitur:vapulabit tamen ſm̃ il-
lud apoſtoli. Si quis ſuperedificat lignum:fenũ:
ſtipulam:ideſt peccata venialia:ſʒ glo. Gregorij.
Sequitur. Si cuius opus arſerit:detrimentũ pa- j. Coꝛ.iij.
tietur:ipſe autem ſaluus erit:ſic tamen quaſi per
ignem:ſcʒ purgatorij. Non videtur autem quod
ſacerdoti neceſſarium ſit confiteri hoc peccatum
ante celebrationem:de quo non tenetur conteri
vt ingrediatur regnum celorum. Huius ratio aſ-
ſignari poteſt:quia peccatum veniale non repu-
gnat gratie in facto eſſe:hoc eſt:ſtat ſimul cũ gra
tia:alias enim non eſſet veniale: ſed ad mortem:
ſi tolleret vitam anime:que eſt gratia. Nec repu-
gnat gratie in fieri:hoc eſt nõ impedit gratie in-
fuſionem:neqʒ augmentationem. Unde ſi adul-
tus cupit baptizari:dolẽs de ſuis pctis mortali-
bus:ꝛ actu peccans venialiter iuſtificatur:ꝛ gra
tiam recepit. Ratio eſt. qꝛ ſacramentũ baptiſmi Sacrm̃ ba
cõfert gratiã nõ ponenti obicem. Obex autẽ non ptiſmi con
admittẽs gratiam:pctm̃ mortale eſt:ſm̃ Scotum fert grãʒ nõ
diſtin.iiij.q.j.lib.iiij. Item ſm̃ omnes: peccatum ponẽti obi
veniale inexiſtens non prohibet quem meritorie cem.
agere:immo ſepe per actuʒ charitatis feruidum
extinguitur:ꝛ quo ad culpam: et quoad penam:
quẽadmodum aque gutta cõſumitur a vehemen
ti flãma:ideo nõ impedit gratie augmentationẽ
Si igitur neqʒ tollit gratiã inexiſtentẽ:neqʒ impe
dit ipſius infuſionẽ:neqʒ augmẽtationẽ:nõ vide
tur qđ ſacerdos teneac ipſum cõfiteri ad hoc vt
digne celebret. Nõ modo digne ꝑ nõ imputatio
nẽ ad nouũ pctm̃ mortale:ſed ẽt digne meritorie.
¶ G Sed diceres ſm̃ cõe dictum:licet pctm̃ ve- Obiectio.
niale non opponac charitati:opponic tñ feruori
charitatis. feruor em̃ charitatis eſt charitas:ſi-
cut intenſio caloris eſt caliditatis intenſa. Reſpõ

Rñſio. dcẽ qꝺ pctm̃ veniale nihil charitatis tollit: tñ qꝛ ſi aliqd eiꝰ tolleret per venialiũ multiplicationẽ tota charitas poſſet tolli: ⁊ per ꝯſequẽs nõ eſſent venialia: ſed moꝛtifera. Tum qꝛ charitas ſm oꝛdinatã dei potentiã minui nõ põt: qꝛ nõ habet contrariũ niſi moꝛtale: qꝺ totã tollit. Dicit̃ aũt tollere ſeu minuere feruoꝛem charitatis: pꝛo quãto ex actu peccati venialis relinquit̃ quidam habitus in volũtate: qui ipſam impedit: ne poſſit in actuz charitatis ita intenſum: ſicut poſſet tali habitu circũſcripto. Inclinat em̃ habitus pcti venialis ad actus cõſimiles eis a quibꝰ genitꝰ eſt: ⁊ ꝑ hoc impedit̃ conatus potentie ad actũ oppoſitũ meritoꝛiũ. Simile eſt in nouiter conuerſis: qui pꝛopter habitus vitioſos in eis derelictos: ⁊ poſt iuſtificationẽ remanentes non expedite ⁊ faciliter exercent actus virtuoſos. Sed iſtis obuiare videtur

Auguſtinꝰ autoꝛitas beati Augu. in eccleſia. dogma. ⁊ allegat Magiſter diſt. xij. lib. iiij. c. vltimo. Licet qs peccato moꝛdeat̃: ſi peccãdi tamen de cetero non habet volũtatẽ: ⁊ ſatiſfaciat lachꝛymis ⁊ oꝛationibꝰ accedat ſecurꝰ: ſed hoc de illo dico quẽ moꝛtalia peccata nõ grauãt. Hec autoꝛitas videt̃ intelligi de venialibus pꝛopter hoc qꝺ in eo ſequit̃. Hoc dico de illo quẽ moꝛtalia nõ grauãt. Reſpõdet Scotus diſtin. ix. quarti: qꝺ hec autoꝛitas intelligi põt de moꝛtali pctõ cõfeſſo ⁊ dimiſſo ꝑ penitentiã. Quod ſi quis de illo moꝛdeat̃ quaſi non

Scotus. plene ſatiſfecerit de eodẽ: ⁊ peccãdi de cetero non habeat volũtatẽ: ſatiſfaciat lachꝛymis ⁊ oꝛationibus pꝛo eodẽ ⁊ accedat ſecurus. Et tunc ſequitur. Et hoc dico de illo quẽ moꝛtalia nõ grauant hoc eſt qui ſine pctõ moꝛtali nõ dimiſſo accedit. Et qꝺ nõ apte exponit̃ de veniali: ex eo vr̃: qꝛ ad digne celebrandũ nõ ſufficit cõtritio vel doloꝛ de pctis: ſed requirit̃ etiã cõfeſſio ſm pmiſſa. Cũ aũt dicat beatus Aug. ⁊ peccandi nõ habet volũtatẽ ſecurus accedat: ⁊ non addit: ⁊ cõfiteat̃: videt̃ qꝺ aptius exponat̃: vt dictũ eſt: de moꝛtali q̃ de pctõ veniali: qꝛ ſm illa verba nõ cõcluderet̃ neceſſitas cõfitendi venialia: ſm intentionẽ dicentiũ oppoſitũ: ſed dũtaxat deteſtatio ſeu doloꝛ de venialibus. Et ita patet pꝛimum: quis modus moꝛtalis peccati facit accedentem noui peccati reum.

## Lectio. viij.



Aunc de ſecundo videlicet quomodo caueri poſſit nouũ peccatũ moꝛtale in ꝯſecratiõe ⁊ ſũptiõe huius ſacramẽti. Attẽdenda ẽ hic

j. Coꝛ. j. doctrina apl̃i / qua dicit. Pꝛobet ergo ſeipſuz homo: ⁊ ſic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Scꝺz

Quilibet ⁊ ꝯſecraturꝰ ⁊ cõicaturꝰ pꝛiuſq̃ accedat / debet ſeipſuz pꝛobare. hãc quilibet ꝯſecraturus aut cõicaturus pꝛiuſq̃ accedat: debet ſeipſum pꝛobare. i. ſuã cõſcientiaz diligenter examinare an pctõ moꝛtali ſit euacuata. Debet igit̃ attendere diligẽter ſi deteſtet̃ pctã pꝛeterita: ſi diſpliceant pñtia: ſi ꝓpoſitũ firmum habeat cauendi futura: qꝺ ſi aliqꝺ hoꝛũ defuerit: abſtinere dꝫ a miſſa donec ſeipſum iudicauerit: ⁊ per ſeueritatẽ penitẽtie ſe exercens purgationem meruerit peccatoꝝ: quatenus ſic a ſeipſo iudicatus nõ iudicet̃ a dño. Ceſſat em̃ vindicta diuina: ſi ꝯfeſſio ꝑcurrat hũana. ait gl. beati Augu. vbi. ſ. Alioquin in pctõ (vt dictũ eſt) accedẽs: irreuerentiam facit deo: quẽ ſuſcipit in ſacramẽto: et eterne dãnatiõis iudiciũ incidit indigne accedẽdo.

Sed foꝛte queris: quãta diligentia in examinãdo requirit̃: vt indignus acceſſus caueat̃: Rñdet̃ ſm doctoꝛes: ⁊ ꝑſertim doctoꝛẽ ſubtilẽ in. iiij. di. xvij. q. j. ⁊ Joã. gerſon in ſuo tripertito. Tantã dꝫ facere diligentiã in examinatione cõſcie recogitãtis ꝑterita pctã quantã faceret i magno ⁊ arduo negocio ꝓ magna ⁊ ardua re lucranda / aut incõmodo graui vitãdo. Hec ſiquidẽ inqſitio diligẽs etiã cuilibet ſufficit ad fructuoſe cõfitendum ſm eoſdez: vt ſic ad memoꝛiã reducat iuxta humane fragilitatis poſſibilitatẽ pꝛeterita peccata: pꝛius ꝑ cõtritionẽ ⁊ cõfeſſionẽ nõ delata. Eaqꝫ deteſtet̃ qꝛ cõtra dei mãdata cõmiſſa: ſicqꝫ vt dictũ eſt: cõfiteat̃. Hac diligẽtia adhibita: ſi alicuius peccati obliuiſcit̃: per acceſſuz ad hoc ſacꝛm: vnũ e duobus cõſequit̃: aut virtute ſacramẽti pctm̃ hoc remittitur: aut ad cognitionẽ talis peccati cõuiller ſtrat̃: quatenꝰ per pn̄iam diluatur: vt vult Durãdus in. iiij. diſt. x. q. x. Et recitat Gerſon in tractatu de pol. noc. cõſide. ij. Sicut frequẽter expertuz eſt: quod deuote celebꝛantes: in pluriũ peccatoꝝ cognitionẽ deuenerunt: que occulta fuere pꝛius. Secus de his q̃ per craſſam ⁊ ſupinam negligentiam pctã grauia nõ aduertũt aut obliuiſcuntur.

B Sed adhuc diceres: ſi tanta pꝛeuie recollectiõis diligẽtia requiritur: trepidabit neceſſe eſt quiſquis acceſſerit: tanq̃ incertus / ſi debitaz diligentiã ad rememoꝛandum pctã cõfitenda adhibuerit vel non: ⁊ ſemꝑ incertus: ⁊ per cõſequens in periculo accedit. Pꝛo huius ſolutiõe aduertenda eſt doctrinalis diſtinctio certitudinis. Eſt em̃ triplex certitudo ſm Gerſonẽ vbi. ſ. ſcꝫ ſupnaturalis: naturalis: moꝛalis. Certitudo ſupernaturalis eſt cui innitens per nullã potentiã falli põt hec a ſolo deo eſt quãtũ ad veritates cõtingẽtes. Hec etiã eſt certitudo pꝛimi pꝛincipij ⁊ pꝛopoſitionũ per ſe notarum: vt quodlibet eſt vel nõ eſt. Hanc habuere pꝛophete in his que per diuinaz reuelationẽ acceperũt. Talẽ etiã certitudinẽ habemꝰ ⁊ nos de articuloꝛũ fidei veritate: ⁊ oibus in canone biblie cõtẽtis in eo ſenſu in quo a ſancto ſunt ſpũ reuelata. His nãqꝫ aſſentiendo falli aut decipi nõ poſſumꝰ: qꝛ deꝰ q̃ ſumma ⁊ infallibilis eſt veritas: nõ põt falſum tãq̃ verũ reuelare. Hec certitudo nõ accipitur a rebꝰ: alioquin nõ eẽt infallibilis: cũ ſm apoſtolũ. Ois creatura vanitati ſubiecta eſt. Et ſicut de nihilo ola ꝓducta ſunt: ita ꝑ potẽtiã creatoꝛis poſſunt ſingula in nihilũ redigi ⁊ collabi. Alia eſt certitudo naturalis: ⁊ hec eſt veritatũ a rebus acceptarũ: quibꝰ innitẽs falli nõ põt per naturã. Hãc certitudinẽ habemꝰ de multis euidentibus veritatibus cõtingẽtibꝰ ⁊ neceſſarijs ſm naturã: vt ſol oꝛietur. Talem certitudinẽ habemus de exiſtentia rerum intuitiue cognitarũ cõtingentiũ. Itẽ de pꝛopoſitionibꝰ naturaliter neceſſarijs: vt ignis eſt calefactiuꝰ. Circa quarum veritates ſtãte cõi curſu nature: nullꝰ fallitur: licet ꝑ potẽtiã ſupernaturalẽ ⁊ miraculuz quis falli poſſet. Tertia certitudo moꝛalis ſiue ciuilis: ⁊ hec non eſt ex euidentia rei: ſed ſurgit ex pꝛobabilibus cõiecturis groſſis ⁊ figuralibꝰ magis ad vnã partẽ / q̃ ad alteram: qualis ſufficit in moꝛali negocio / et agibilibus humanis: vt vult philoſophus. j. Ethicoꝛũ. c. j. Ad pꝛopoſituz noſtrum

Queſt Reſp ...pb ...ccl Obie Da Solu Tripl certit Co Roſſ. Inc .Co

noſtrum. Prima certitudo ſupernaturalis ⁊ reue
lationis nõ requiritur/ vt ſacerdos de ſufficienti
ſue examine cõſciẽtie ſecurus digne accedat: ho
die nãqʒ nulli talẽ reuelationẽ accipiunt. Que ſi
neceſſaria foret: ſpũſſctũs eccleſie ſue rector ⁊ gu
bernator/ qui eã a culpabili errore preſeruat: ne
quaꝙ generaliter eccleſie ſacerdotes errare per
mitteret: quin potius reuelaret: qđ ſine ſua reue
latione ſciri non poſſet. Nam ſicut natura in ne
ceſſarijs nõ deficit: ita nec deus in eccleſie ſue re
gimine filij ſui ſponſe eiuſdem precioſo ſanguine
per lauacrũ aque ablute ⁊ ſcĩficate: ẽm illud apo
Ephe. v. ſtoli. Chriſtus ſeipſum tradidit pro eccleſia/ vt il
lã ſanctificaret: mũdans eaʒ lauacro aque in ver
bo vite: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam
nõ habentem maculam/ neqʒ rugam. Fatuũ ergo
eſſet hanc reuelationis certitudinem expectare.
Certitudo etiã naturalis hominis euidentie non requirit:
quoniam naturalis hominis cognitio non exten
dit ſe ad euidentem noticiam huius ſufficientis
diligẽtie ⁊ expiationis peccatorum: qua cõſecrãs
digne conficeret: qm̃ hec dignitas depẽdet ex cle
menti omnipotentis dei bonitate: noſtram qua
Eccle. ix. lencũqʒ diſpoſitionẽ miſericorditer tanꝙ ſufficiẽ
tem acceptante. Ad ſciendum autẽ hanc dei vo
luntatẽ: naturalis hominis cognitio non aſcen
dit. Neſcit inquã homo an amore vel odio dign⁹
ſit. Quis enim neſciat fieri poſſe: ẽm Gerſonẽ de
pollu. noc. ꝯſi. j. vt homo detur in reprobũ ſenſuʒ
demerito precedentium peccatoꝝ: vt non videat
peccata ſua: et per hoc nihil ſibi conſcius ſit: ⁊ ta
mẽ non in hoc iuſtificatus ſit. Et velut Aman ſu
perbiſſimus ad conuiuium heſter veniens: qđ ſi
Matt. xxij. bi ad honorem putat/ ad ſuſpendiũ ſibi inueniat
preparatum. Heſter. v. ⁊ vij. c. Aut ſi auditurus
eſt. Amice quomodo huc intraſti non habens ve
ſtem nuptialem. Aut ſi talibus annumeratus eſt:
de quibus propheta in pſalmo. lxviij. nõ tã impre
catiue quã prenunciatiue dixit. Fiat menſa illorũ
coram ipſis in la. ⁊ in retri. ⁊ in ſcãdalum. Obſcu
rentur oculi eoꝝ ne videant ⁊c. Cõformiter ad il
Cor. xj. lud apñi. Propter hoc multi inter vos imbecilles
et dormiunt multi. Que imbecillitas ⁊ dormita
tio magis ad animam quam ad corp⁹ referri pu
tantur. Hec omnia certitudinem euidentie tol
lunt. Hec Gerſon de pol. noc. conſideratione. j.
¶ D Ex quibus certe deducitur neceſſitas hu
miliationis noſtre ad deum: vt non glorietur an
te eum ſtulta preſumptio omnis carnis. Nec vl
tra apponat ſe magnificare homo ſuper terram
quatenus ex hoc deſperemus de viribus noſtris:
neqʒ ponamus carnẽ brachiũ noſtrum: ſed tota
ſpe ꝓiciamur in deũ: vt ipſe nos enutriat. Neqʒ
putemus nos aliquid eſſe: cum nihil ſimus: nos
ſeducentes. ad Galathas. vj. Sed iuxta verbum
Luce. xvij. chriſti: Luce. xvij. Cum fecerimus omnia que pre
cepta ſunt/ dicamus nihilominus: ſerui inutiles
.Cor. iij. ſum⁹: ꝗ debuim⁹ facere fecim⁹: ſcientes qꝛ nõ ſu
mus ſufficientes a nobis: quaſi ex nobis/ cogita
re aliqđ: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: qui fecit
nos idoneos miniſtros noui teſtamenti. Tertia
certitudo: ꝓbabilis ſcilicet ⁊ ꝯiecturalis ſufficit:
quã habere poteſt ſacerdos ſi conatus eſt vitam
preteritam: preſertim a proxima cõfeſſione diligẽ
ter facta examinare: ſi pctã in hoc ſuo examine
occurrentia deteſtetur propter deum: ſi ea ꝯfitea
tur paratus cõfiteri oĩa oblita ſi memorie occur
rerent. Si nõ placet obliuio: ſed magis deſideret
ad omniũ peccatorũ ſuorũ illuminari memoriã.
Si nihil voluntarie omittit/ quod reminiſcen
tiam peccatorum adducere poſſet. Si firmũ ꝓpo
ſitum oĩa mortalia cauendi habeat: ⁊ coniectura
liter ſcire poteſt: ſi hanc diligentiam fecerit: ſicut
⁊ in alijs ſuis humanis actibus ſcire poteſt quaʒ
diligenter: quomodo: qualiter: propter quid ope
retur. Hec ergo diligẽtia eiuſqʒ cõiecturalis cer
titudo ſufficit ad digne celebrãdum. Quod ex eo
patet: quia non requiritur maior diligẽtia in exa
minatione conſcientie ad digne celebrandum: ꝙ
ad ſecure moriendum: talis autẽ ſic ſe examinãs:
dolens ⁊ cõfitens pctã ſua: ſi moreret ſaluaretur:
quia nõ non requirit dominus vltra poſſibilita
tem humane fragilitatis. ¶ E Si dicis: omnib⁹ Obiectio.
predictis ſtantibus: adhuc põt manere pctm̃ ali
quod mortale: quod ſi latuerit: celebrans in mor
tali ⁊ extra gratiam celebrat: ⁊ per conſequẽs in
digne celebrat. Ad hoc dicendum quod ad cauẽ Solutio.
dum indignam celebrationem non requiritur ꝙ
ſacerdos ſit in gratia et charitate: ⁊ ideo ſine
mortali: quoniam ſi ſic: vt dictum eſt: diſpoſi
tus accedat: nõ indigne accedit. Quia ſic accedẽ
do etiam ſi fuerit in mortali: non nouo mortali
peccat: licet etiã nõ digne accedit: ita digne vt ꝑ
conſecrationẽ ⁊ participationem euchariſtie me
reatur ſibi gratiam infundi: lʒ alterum de duob⁹
ſupradictis conſequatur: vel remiſſioneʒ peccati
ignoti: vel illuminationem ad eius memoriaʒ: ꝙ
ſi cõteritur: gratiam cõſequitur. Unde patet qđ Mediũ da
inter indignũ acceſſum: ⁊ dignũ datur medium. tur inter in
Ut indignus acceſſus dicatur quo nouum mor dignũ acceſ
tale incurritur. Dign⁹ quo gratia augetur. Me ſuʒ ⁊ dignũ.
dius quo neqʒ nouum pctm̃ incurritur: neqʒ gra
tie augmentum ꝑcipit. Et per hoc reſpondet ad
replicam ſupra lectione. vij. motam: negando qđ
impoſſibile eſt ſine mortali euchariſtiam cõſecra
re aut ſumere: quoniam multi ſumunt non ſolũ
ſine nouo mortali: ſʒ etiã cũ merito ⁊ grẽ augmẽ
to. Unde Glo. Hiero. ſup verbo. Biberunt ex il Mar. xiiij.
lo omnes. Felix ebrietas: ſalutaris ſocietas: que
quãto copioſius ſumitur: tanto ſobrietatem mẽ
tibus dignatur donare. Et ad ꝓbationem neget
vtraqʒ pars probationis. Prima: quoniam ſtat
cõſecrãte eſſe in pctõ mortali: ⁊ tamen non indi
gne ſumere aut conſecrare: vt ſtatim declaratum
eſt. Unde ſuperi⁹ caute additum fuit: ſciẽter: ita Cõſecrans
qđ conſecrãs in mortali ſciẽter indigne accedit. in mortali
Similiter ſecũda pars negetur: qꝛ licet homo nõ ſciẽter indi
poſſit ſcire ꝑ euidẽtie certitudinem ſe eẽ ſine mor gne acce
tali: poteſt tamen de hoc habere certitudinem cõ dit.
iecturalem: ⁊ quibuſdam ſignis habere ſpei fidu
ciã: vt dicit Alexan. de ales/ par. iiij. q. xlvj. mẽbro
j. Et ſubdit. vnde Bernar. in ſermone de ſeptua Bernard⁹
geſima. Neſcit homo vtrum dignus ſit amore an
odio: ſed ſpei fiducia conſolatur nos ſcriptura:
ne dubitationis huius anxietate penitus crucie
mur. Propter hoc data ſunt quedam ſigna ⁊ indi
cia manifeſta ſalutis: vt indubitabile ſit eum eſſe
de numero electorũ: in quo ea ſigna ꝑmanſerũt.
Et poſt ponit quatuor. Primum ſi deuote audit
verbum dei: ẽm illud. Qui ex deo eſt: verba dei au Joã. viij.
dit. Alia tria ſunt: opera vite agere: a pctis con
tinere: cõmiſſa deflere: que ponit ſermo. ij. ſuper
canonẽ Joãnis exponens illud. Tres ſunt qui te j. Joã. v.
ſtimonium dant in terra: ſpũs: ſanguis ⁊ aqua. Fi
delis ſermo (inquit) ⁊ omni acceptione dignus:
quo ſalutis teſtimonia cõmendantur. Quis eſt ꝗ
teſtimonium habet effuſi ſanguinis xpi: niſi qui
cõtinet a pctis: Habet ⁊ ab aqua teſtimonium ꝗ
laborat in gemitu ſuo lauans ꝑ ſingulas noctes
lectum ſuum. Sane ſctm̃ ſuperueniſſe ſpm̃ certiſ
ſime noua cõuerſatio teſtat. Jam vt breuiter re
petam: ⁊ a ſanguine: ⁊ a ſpiritu habes teſtimoniũ

et ab aqua:ſi ꝯtines a peccatis:ſi dignos agis pe
nitētie fruct⁹:ſi facis opa vite. Hec Berſi. Hinc
accipitur q̄ꝺ habens propoſitum a pctis abſtinē
di:dolēs de pctis cōmiſſis:ꝑponens obedire mā
datis:cū ceteris ſupradictis:habet certitudinem
ſufficientem. Hinc ait Alexander. Talis accedēs
ad corpus xp̄i cū debita reuerētia nō peccat:nec
exponit ſe diſcrimini. Sufficit em̄ habere notitiā
preſumptionis per cōiecturas eo modo quo di-
ctum eſt. Et hoc videtur innuere apl's: qui nō ait
dū digne accedēdi regulā ponit:ſit ſine pctō:aut
habeat in ſe gratiam:ſed probet ſeipſum homo.
Eccle.ix. Glo.i.examinet:⁊ ſic de pane illo edat ⁊c. ¶ f Et
per hoc ad illud. Nemo ſcit vtrū amore an odio
dignus ſit:dicēdū q̄ꝺ loquiť de amore ⁊ odio fina
li:vnde ibi ſequiť. Sed oia in futurū reſeruantur
incerta. Uel ſi loquiť de preſenti:vt cōiter exponi
tur. Dicendum ꝙ loquitur de ſcientia per certitu
dinem euidentie. Hoc enim ſonat verbū ſcit. Q̄ꝺ
vero additur ex Prouer. Quis dicere poteſt mun
dum eſt cor meum? Dicendū q̄ꝺ non intendit di-
cere q̄ꝺ nullus ſit ſine peccato mortali:ſed loquiť
ibi ſapiens contra preſumptuoſos:qui ſeipſos te
merarie iactant:ac de ſuis meritis laudāt:hi eo
Mat.v. ipſo q̄ꝺ tales ſunt:mali ſunt. Unde glo. ibidē non
dicit quis habet:q̄꞉ dicitur. Beati mundo corde.
Sed quis poteſt dicere:quia temerariū eſt ſe lau-
dare. Uel intelligitur de pctō veniali. ¶ Sufficit
ergo quēadmodum ex predictis colligitur: certi-
tudo moralis:ad cauendum indignum acceſſum
ad euchariſtiam venerabile ſacramentū. Hec au
tem certitudo moralis excludit ſciētiam ⁊ firmaꝫ
fidem de inexiſtenti peccato:⁊ cōpatitur ſecū va
cillationē quandam animi ⁊ ſuſpitionē ſeu heſi-
tationē:⁊ ſcrupulū nō ſufficiētis adhibite diligē-
Quid ſit ſcrupul⁹ ſiue heſitatio. tie ſeu indiſpoſitionis. Sed nō ꝺꝫ quis ꝑpter hec
celebrationē ſuſpēdere ſeu pretermittere. Eſt em̄
ſcrupul⁹ ſeu heſitatio dubitatio quedam ſeu for-
mido:conſurgens ex aliquibus coniecturis debi
libus ⁊ incertis:⁊ hic ſtat cū morali certitudine.
Sicut etiā apparet ⁊ in ciuilib⁹ negociis:vbi pro
pter leuē timorē de dāno:nō dimittūt negociato
res ſuarū mercantiarū exercitia:ſed magis ſ꞉ꝫ ea
Obiectio. que probabilius accidere cognouerint aut eſti-
mauerint:operantur ⁊ exequuntur. ¶ G Sed di
ceres ſm beatū Grego. Piarū mentiū eſt cogno-
ſcere ibi etiā culpā vbi culpa nō eſt:multo magis
agnoſcenda eſt culpa vbi dubium culpe eſt:⁊ per
Rn̄ſio ad obiectionem. conſequens etiā in leui dubio celebrandum non
eſt. Reſpondetur ſm dn̄m altiſiodorenſ. ⁊ Joan-
nem gerſ. cancella. parrhiſiē. quod in dubio ꝑba
bili cōmitteret ſe diſcrimini:qui ſtāte illo proba-
Quid ſit ꝑbabile dubium. bili dubio celebraret:⁊ ita peccaret periculo ſe cō
mittens:ſec⁹ in dubio leui. Eſt aūt probabile du-
biū:qn̄ pro vtraqꝫ parte ſunt rōnes eque fortes:q̄
faciunt animum trepidare/ne alicui partium au
deat ꝯſentire: vt ſi habeat fortiora motiua quod
non fecerit debitam diligentiam in recolligendo
et examinando ſe de pctis cōmiſſis:⁊ deteſtando
ea:ꝙ̄ quod fecerit:vel certe rationes eque fortes:
⁊ in tali dubio celebrans peccat. Si vero veriſimi
liter eſtimat ſe feciſſe diligentiā/quam tenetur:ti
met tamen de oppoſito:⁊ bona fide plus credit ſe
feciſſe: quam non feciſſe:⁊ in tali dubio celebrat:
nullum peccatum eſt:nec periculo ſe committit.
Huic alludit verbum beati Auguſtini ſupra alle
gatum. Licet quis peccato mordeať:hoc eſt ſcru
pulis ⁊ ſuſpitionibus agitetur:quaſi nondum ſa
tis penituerit:aut clare ſatis confeſſus fuerit:vel
nondū pro eis ſatiſfecerit:ſi peccandi tamen de
cetero non habet voluntateꝫ:⁊ ſatiſfaciat lachry
mis:non quidem ſenſibiliter defluentibus. Ille
Quelachrime neceſſario requiruntur ad peccati remiſſionem. enim non requiruntur neceſſario ad peccati re-
miſſionem:ſed lachrymis ſpiritualibus que ſunt
peccatorum commiſſorum deteſtationes: ⁊ ſatiſ-
faciat orationibus:petendo veniā: ⁊ dignam ſui
diſpoſitionē a dn̄o. Sequitur. Accedat ſecurus:
videlicet non obſtante tali remorſu ac ſcrupulis.
Ad idem facit q̄ꝺ dicit Alex. de ales parte .iiij. q.
xlvi. mēbro .iij. arti .ij. Quādo exiſtens aliquis in
mortali peccato ſm veritatem:nō tamē habet cō
ſcientiam mortalis pcti: qui preparat ſe ſufficien
ter ſm cōſcientiam ſuam vt digne accedat:nō tn̄
ſufficienter ſm veritatem bene accedit:q̄ꝺ in ipa
Gra collata in ipa ſceptione ſacramenti. ſuſceptione confertur ſibi gratia ⁊ reſurgit a mor
te peccati:⁊ vnitur corpori xp̄i. Nonne vt dicunt
ſancti:hoc ſacramēto vniuntur mēbra xp̄i corpo
ri. Unde dicunt quod que vnita ſunt forti⁹ vniū-
tur:⁊ quādoqꝫ gratia collata in ipſa ſuſceptione
ſacri vnit non vnitum. Et allegat beatum Augu.
in quodam ſermone de ver. euangelij plane dicē-
Augu. tem:quod quādo mādu catur viuificat mortuos.
Hec Alexāder. ¶ H Ad beatū Grego. reſpōdet
cancella. Agnoſcere culpam per firmum aſſenſuꝫ
vbi non eſt:non eſt pium:ſed ſtolidum ⁊ fatuum.
Unde et ve eis imprecatur per prophetam. Ue q̄
Eſa.v. dicitis malū bonum:et bonū malum. Neqꝫ hoc
voluit beatus Gregorius. Sed agnoſcere: ideſt
timere culpā/cū reputat culpā ex quadam leui ſu
ſpitione:vbi ſm veritatem quā euidenter neſcit/
culpa nō eſt:hoc eſt piarū mentiū:que non ſolum
abſtinent ab his que ſciunt/vel firmiter credunt
eſſe culpas:ſed ab his que ſuſpicātur eſſe culpas.
i.Theſſ. Nec ſolū a malo:ſed etiam ab omni ſpecie mali:
ſm apoſtoli conſilium abſtinere ſatagunt. Ualet
hec doctrina ſcrupuloſis:in quibus nulla eſt ani
mi conſtantia:qui iugiter in expletione ſuorū of-
ficiorū timent culpabiliter ſe deficere:quandoqꝫ
propter minima:que vel modici/vel nullius ſunt
ponderis:abſtinentes ab operibus laudabilib⁹
⁊ virtuoſis:ſicut aliqui abſtinēt a largitione elee
moſynarū in eccleſia:quia ſtulte timent hoc eis
imputari ad hypocriſim:aliqui a celebratione
miſſarum ex modiciſſima perturbatiōe mentis.
Debent autem hi cōſilijs ſuperiorum/⁊ doctori-
bus deuotis viris acquieſcere:et ad eorum conſi
lium contra tales vacillationes/trepidationes ⁊
ſcrupulos audacter ⁊ viriliter operari:quatenus
fiant robuſti ſolidi ⁊ tranquilli in ſuis operatio-
nibus:ſic enim plerūqꝫ vincuntur hmōi ſcrupu-
li ⁊ abſcedunt. Qui vero renuunt ac ſpernunt ſu-
periorū ac prudentum conſilia ad deponendum
tales ſcrupulos:et arrogantia ⁊ ſuperbia ſunt ſu
ſpecti:preponendo ſcilicet ſua iudicia maiorum
doctiorūqꝫ cōſilijs ⁊ iudicijs:tales deniqꝫ vix aut
nunꝙ̄ liberari poſſunt a ſcrupulis:nec ad ſolidaꝫ
conſcientie quietē peruenient:ſed magis nōnūꝙ̄
ad tantam puſillanimitatem prolabuntur:vt vix
quodcūqꝫ opus audeant explere: fitqꝫ eis perſe-
pe peccatum fallēte conſciētia:quod aliunde pec
catū nō foret. Et rurſum nullā paceꝫ:nullā cōſciē
tie puritatem obtinere valent: priuantqꝫ ſe ſepe
hoſpite gratie qui eſt ſpūſſctūs:de quo dicit pro-
pheta. In pace factus eſt locus eius. Attenden-
dum eſt hic conſilium beati Bernardi quod ſu-
per hac re preſtitit. Erat ex diſcipulis eius qui-
dam tantis inquietatus ſcrupulis:vt ad celebrā-
dum nullo pacto auderet accedere. Dixit ei de-
Attēde conſilium bernardi. notus Bernardus hoc percipiēs. Uade frater ⁊
in fide mea celebra. Obediuit diſcipulus: ⁊ ſcru-
puli oēs protin⁹ diſceſſerūt. Laudāda ⁊ imitāda
eſt tā deuoti patris induſtria:ꝙ̄ diſcipuli hūilis
obedientia.

obedie͂tia. Hec de impedime͂tis q̄ ſunt tm̄ culpe.

¶ Lectio. ix.

*De pena canonis que ſit.*

IMpedime͂ta que ſunt pene tan-
tũ/ſunt pene iuris ſi-
ue canonis: que etiã
impediũt ordinatam
ꝯſecrationem. Eſt au-
tem pena canonis: pe-
na inflicta per cano-
nes: vel ſaltẽ ſm cano
nes prohibens vel ar
cẽs punitũ ab aliquo
actu eccleſiaſtico: qui
alias ſibi liceret. Dicit̃ ꝑ canones: q2 aliq̄ñ hmõi
pena incurrit̃ ipſo facto: dũ canon fuerit late ſen-
tentie: vt eſt canon. Si qs ſuade͂te. xvij. q. iiij. Per
quẽ excõicatus eſt quiſq̃s manus violẽtas iniũcit
in clericũ: etiã ſine iudicis declaratione. Dicitur
vel ſm canones: quia aliq̄ñ pena ipſa non ſtatim
ipſo facto incurritur: ſed per iudices ſm canonũ
diſpoſitiones infligitur: vt quãdo canon hec vel
illa facientẽ mandat excõicari. Dicitur q̄ alias ſi-
bi liceret: quia nõ eſt pena laico ꝙ nõ cõficiat: q2
hoc alias ſibi nõ conuenit: ſed ſacerdoti pena eſt.
Neq3 hoi pena eſt ſi volare prohibetur. Sũt aũt
quantũ hic ſufficit: ſex pene tales: ſcilicet depoſi-
tio: degradatio: infamia: irregularitas: excõica-
tio: interdictum ⁊ ſuſpẽſio: quarũ omniũ amotio
requiritur vt ſacerdos ordinate celebret. Quia li-
gatus aliqua dictarũ ſex penarum celebrãs facit
contra prohibitionẽ eccleſie: ⁊ ita celebrãdo mor-
taliter peccat: preſertim ſi nõ ignorat ſe aliqua di-
ctaꝝ penarũ ligatũ. Ignorat dico: ignorãtia non
iuris: ſed facti: nam ignorantia iuris nõ excuſat:
q2 tenet̃ ille q̄ exponit ſe ad tantũ actũ: ſcire iura
ſm que rite põt exercere tantũ actu3. Ignorantia
aũt facti excuſat: vt ſi q̃s ignoret ſe a iudice excõi
catũ: et ita excõicatus celebraret: vt de cle. excõi.
depo. vel interdic. mi. in pluribus ca. ꝯtinet̃: dum
modo tñ ignorantia fuerit probabilis: nõ craſſa
aut ſupina: vt in ca. apoſtolice. de cleri. excõi. ⁊c.

*De ſex penis quarum amotio requirit: vt ſacerdos ordinate celebret.*

Qm̄ ſi per famã alicui cõſtaret cõtra eũ latã fuiſ-
ſe excõicationis ſniam: etiam ſi de lata in eũ ſen-
tentia dubitaret: debet potius abſtinere: q̄3 ſacra
menta dñica pertractare: q2 in dubijs via tutior
eſt eligenda. Qd ſi in tali dubio celebrat: penam
quã canon his qui poſt excõicationẽ diuina cele
brare p̃ſumpſerit: infligit: incurrit: licet cũ talib9
miſericorditer diſpenſet̃: vt in ca. illud dñs. de cle
rico excõi. Nec ſolũ ſic celebrãtes peccãt: ſed etiã
irregularitatẽ incurrũt: vt in titulo allegato in di
uerſis capi. patet. Inter illas tamen penas cano
nis nõ includit̃ excõicatio minor: in qua licet ce-
lebrãs grauiter peccet: tamen irregularitatẽ non
incurrit: vt in eode3 titulo ca. ſi celebret vbi dicit̃
Si celebret minore excõicatione ligatus: l3 graui
ter peccet: nullus tamẽ notã irregularitatis icur-
rit. Et ſequit̃. Peccat aũt conferendo eccleſiaſti-
ca ſacramenta: ſed ab eo collata virtutis nõ carẽt
effectu. ¶ B Pro aliquali ⁊ generali harũ pena
rum notitia: notandũ ſm Scotũ diſt. xxv. lib. iiij.
q. i. ꝙ depoſitio eſt maxima penaru3 ſupra nomi-
natarũ: q2 eſt totalis amotio a ſtatu clericali: ⁊ ſi
degradatio ſit amotio ab oi gradu clericali: tunc
idẽ eſt depoſitio ⁊ degradatio. Si autẽ degrada-
tio ſit depoſitio tantum a determinato gradu: re
ſeruato gradu aliquo clericali: vt a gradibus ma
ioribus: reſeruatis ordinũ minorũ gradibus: tũc
degradatio eſt quedã pena partialis reſpectu de-

*Celebrans exiſtẽs i minori excõicatione an incurrat irregularitatem.*

*Scotus.*

poſitionis. Remouetur aũt depoſitus a ſtatu et
gradu clericali: non ꝙ character ordinis ſibi tol-
latur: nec per ꝯſequens ordines ſuſcepti: ſed tol-
litur fauor exeque͂di actũ cuiuſcũq3 ordinis: ⁊ ẽt
priuilegiu3 clericale qd cõpetit ordinatis. Unde
⁊ talis traditur curie ſeculari. Ita ꝙ quantum ad
eccleſiaſticos actus licite exercendos: quantũ ad
tutelã perſonarũ eccleſiaſticarũ: ⁊ quantũ ad fo-
rũ: degradatus totaliter excludit̃ a numero per-
ſonarũ eccleſiaſticaꝝ. Iſta pena nunq̄3 a iure ſed
preciſe infligẽda eſt a iudice: ſm formã q̄ habetur
de penis degradationis. lib. vi. Nec niſi propter
enormia crimina: qualia ſunt hereſis: ſciſma: re-
uelatio ꝯfeſſionis: vt habet̃ in diuerſis capitulis
⁊ canonibus. Nec tollitur ſeu remittit̃ hec pena:
niſi per reſtitutionẽ in integrũ a ſolo papa: q̄3uis
legitime depoſitus non legat̃ poſtea reſtitutus.
¶ C Secunda pena eſt infamia: que eſt ſtatus le-
ſe dignitatis quantum ad vitam ⁊ mores: ſicut fa
ma eſt ſtatus illeſe dignitatis quantũ ad vitam ⁊
mores. ¶ Et eſt differentia inter infamẽ ⁊ infama
tũ. Nã infamatus eſt is qui de crimine aliquo ꝓ
pter qd ius determinat aliquem infamẽ fore: ab
aliquo accuſatur. Sed infamis eſt nõ propter im
poſitionẽ hmõi criminis: ſed q̄ crimen tale publi
ce ꝯmiſit: vel a iudice corã quo ꝓbat̃ crimen eius
iudicatur infamis. Et ita oĩs infamis eſt publice
notatus de crimine qd ius punit pena infamie.
Sed q̄ñq3 nõ eſt de hoc in iudicio conuict9: ⁊ tũc
eſt infamis tantũ a iure: ⁊ nõ a iudice. Quãdoq3
conuictus: ⁊ tali pena a iudice dãnatus: et tũc eſt
vtroq3 modo infamis: ⁊ a iure ⁊ a iudice. Contra
hit̃ aũt hec pena infamationis ex impoſitiõe cri
minis infamatorij: ſed pena infamie cõtrahitur
(vt dictum eſt) a iure vel a iudice tali pena punie͂
te. Crimina vero propter que hec pena infligitur
tanguntur. iij. q. vij. infamis. ⁊. vi. q. i. infames eẽ:
⁊. c. omnes: vbi dr̃: ꝙ oẽs infames dicimus quos
leges ſeculi infames appellant. Hec pena quoad
infamationem tollitur purgatione canonica: vt
in ca. ex tuarum. de purga. cano. Quoad infamiã
tollitur reſtitutiõe in integrũ ab eo qui ſic poteſt
reſtituere: vt de teſti. ⁊ atteſta. teſtimonium. in gl.
ſuper verbo emẽdatus. Iſta pena ſimpliciter gra
uior eſt q̄3 depoſitio quantũ ad vitam ciuilẽ: niſi
depoſitio includat illa3: q2 iſta ꝓhibet ab oi actu
legitimo: etiã poſt actam penitentiã: q2 talis per-
ſona vilis eſt et infamibus porte dignitatis pate
re non debent. de regulis iuris: infamibus. li. vi.
¶ D Tertia pena eſt irregularitas: et hec eſt in
habilitas ad ſuſceptionẽ ordinũ ⁊ executionem
actuũ eorundẽ. Iſta frequenter incurritur a iure
quãuis poſſet aliq̄ñ infligi a iudice ſm iura. In-
currit̃ aũt a iure ex quibuſdã criminibus: ⁊ ex q̄-
buſdam non criminibus: ⁊ ex quibuſdã que q̄ñq3
poſſunt eſſe crimina: q̄ñq3 non crimina. Ex crimi
nibus quatuor pertinẽtibus ad ordines vel act9
eorum que ſunt ſimonia: furtum in ordine: mi-
niſterium in ordine non ſuſcepto: contumacia in
non ſeruando penas eccleſiaſticas. Sequitur ẽt
irregularitas tria nõ crimina: ſc3 ſeruitutẽ: illegi-
timitatẽ: turpẽ aut enormẽ mutilationẽ: vel infir-
mitatẽ. Sequit̃ etia3 irregularitas duo: q̄ quãdo
q3 eẽ pñt cũ culpa: q̄ñq3 ſine culpa: hec ſũt: homi
cidiũ: bigamia. Hec oĩa cũ ſequentibus latio-
rẽ exigũt tractatũ: q̄ ꝑncipali9 ꝑtinet ad dños ca
noniſtas. ¶ E Quarta pena ẽ excõicatio maior.
Hec eñ ſimplr̃ ẽ excõicatio: q̄ ẽ exculſio alicui9 a
cõione fideliũ: non q̄dẽ excluſio corꝑalis q̄ fit per
incarceratione͂: aut realẽ excluſione3 ab alijs: ſed
per prohibitionẽ: ne cõicet cũ alio: vel alij cu3 eo-

*Infamis et infamatus differunt.*

*Pena infamationis q̄lit̃ ꝯtrahit̃.*

*De irregularitate.*

*De excõicatione maiore*

**Excõicatio minoꝛ qñqꝫ a iure: qñqꝫ a iudice incurritur.**

Excõicatio vero minoꝛ nõ eſt niſi excõicatio ſm
quid: qꝛ ſm quid excludit a cõione fidelium: qꝛ in
ſacramentis tñ. Hec incurritur qñqꝫ a iure: qñ
qꝫ a iudice. A iure quidẽ in caſibus pene innume
rabilibus qui oliꝫ fuere pauci. Nec tñ a iure: nec
a iudice infligi debet niſi pro moꝛtali. Nec quo-
cũqꝫ: ſed graui: qꝺ etiã ꝯcomitatꝭ contumacia: qꝛ
ꝙdiu aliquis paratus eſt ſatiſfacere pro culpa: et
audit eccleſiã: quare habendus eſſet ſicut ethni-
cus ꝛ publican⁹: cũ ſm xp̄m: pena iſta infligatur
quaſi vltima illi ꝗ non vult audire eccleſiã: ꝗ eſt fi
naliter contumax. Hec relaxatꝭ per illũ qui excõi-
cauit: ſi eſt excõicatio a iudice vel eius ſuperioꝛe.
Scðo vero a iure: ꝑ abſolutionẽ eius ꝗ condidit
ius: vel cui abſolutio eſt reſeruata aut commiſſa
vel conceſſa. Iſta pena cõparata ad precedẽtẽ: eſt
ſimplr grauioꝛ: qꝛ excludit ab oĩ cõmunione fide
lium alias licita. Irregularitas vo tantuꝫ ab his
ꝗ ꝑtinent ad oꝛdines. Sed iſta reputatꝭ leuioꝛ: qꝛ
facilius remittitꝭ. Sed hoc eſt appoſitũ: nam ideo
facilius remittitꝭ: qꝛ grauiſſima eſt: ꝛ a pluribꝰ ex-
cludit. Ille etiã due pene / irregularitas ꝛ excõica-
tio poſſunt eſſe publice vł priuate. Et quoad hoc
ꝙ poſſunt eſſe priuate ſunt min⁹ graues / ꝙ alter-
utra duarum primarum que ſemꝑ ſunt publice.

**De interdicto.**

¶ f Quinta pena eſt interdictũ que eſt arctatio
a quibuſdam actibus eccleſiaſticis exercẽdis: vel
et tu aliquādo cōuerſus: cōfirma fratres tuos ꝑ
predicationē videlicet ⁊ doctrinam vere fidei et
euangelij. Precellens humilitas claruit: cū cor⸗
reptionē pauli qui ipſo fuit inferior ⁊ in facieꝫ ei
reſtitit: patiēter ⁊ humiliter tolerauit. ad Gal. ij.
Patet ⁊ ex ſua ꝑfectione ſuper ceteros a chriſto:
qui eos nouit qui ſe humiliāt exaltare. Charita⸗
tis excellētia patet ex feruore operū ſiue vigilan⸗
tia ⁊ diſcurſu pro lucrifactione animarū: vt tra⸗
dit actuū hiſtoria. Patet etiā ex chriſti queſtio⸗
ne eiuſq̄ reſpōſione: cū enim quereret Chriſtus.
Simon Ioānis diligis me plus his. Reſpōdet.
Tu ſcis dn̄e q2 amo te. Poſt quā reſpōſionē ter⸗
tio datā: ſtatī dn̄s ſibi paſcēdas ꝯmiſit oues. Vn̄
patet dignitas petri: nedū ex prelatione qua fa⸗
ctus eſt caput eccleſie: ſed etiā ex virtutū excellē⸗
tia: ⁊ chriſti dn̄i imitatione ſingulari. In quo vti
nam haberet tot imitatores: quot habere ſui ꝑn
cipatus ⁊ officij cernit̄ appetitores. Lōge alij mo
res: alieq̄ pōpe vident̄ in ſucceſſoribus: q̄ in pe
tro: cuius ſucceſſione gratulant̄. De quo ad eu⸗
Bernar. geniū papaꝫ beatus Ber. in li. de cōſideratione
ita ſcribit. Inter hec tu paſtor ꝓcedis deauratus
tam multa circundatus varietate: oues quid ca
piunt? Si auderē dicere: demonū plus q̄ ouium
paſcua hec ſunt. Et poſt pauca. Petrus hic eſt q̄
noſcitur proceſſiſſe nō gemmis ornatus vel ſeri⸗
cis: nō tectus auro: aut vectus equo albo: nec ſti
patus milite: nec circūſtrepentibus miniſtris:
abſq̄ tamē his credidit ſatis poſſe implere man
datum Chriſti ſalutare. Si amas me paſce oues
meas. In his nō ſucceſſiſti petro: ſed cōſtantino.
Hec ille. ¶ L Verūtamē etſi papa tanq̄ homo
viator nondū in gratia cōfirmatus quādoq̄ de⸗
uiat: quoniā teſte Chry. non loca hominē ſancti
ficāt: ſed homo locū. xl. diſt. Multi. Neqꝫ ſancto
rum filij ſunt qui tenēt loca ſanctoꝝ: vt ait Hie⸗
ro. eadē diſt. nō eſt. ⁊ Greg. anaſtaſio preſbytero.
Non loca vel ordines creatori noſtro nos proxi
mos faciūt: ſed nos aut merita bona cōiungunt
aut mala diſiungūt. ea. diſt. nō loca. Non tamē
capitis dignitatē amittit: niſi in hereſim lapſus
extra eccleſiaꝫ fieret. ea. diſt. ſi papa. In quo caſu
licet hereſim pertinaciter defendēs non eſſet ca⸗
put eccleſie: nihilominus non eſſet eccleſia ſine
capite: quoniā vex caput eccleſie chriſtus eſt: ait Ad ephe. i.
apoſtolus ad Ephe. i. Ipſum dedit caput ſuper
omnē eccleſiā: que eſt corpꝰ eius. Item. c. v. Chri⸗
ſtus caput eſt eccleſie: ipſe ſaluator corporis eiꝰ.
Itē ad Col. i. Ipſe eſt caput corporis eccleſie. Ca⸗
put myſticū ſicut corpus myſticū eſt eccleſia pro
pter ſimilitudines repertas in corpore vero: q̄s
exprimit apl's. i. Cor. xij. Poſſumus igit̄ conſide
rare in capite: ſcilicet ordinē: perfectionē ⁊ virtu
tem. Ordinē: q2 caput eſt prima pars hominis: ⁊
inde eſt ꝙ omne principiū conſueuit dici caput:
ſm̄ illud Ezechie. xvi. Ad omne caput vie edifica Ezech. xvi.
ſti ſignū proſtitutionis tue. Perfectionē: quia in
capite vigent omnes ſenſus interiores ⁊ exterio⸗
res: cū in ceteris mēbris ſolus ſit ſenſus tactus.
Et inde eſt ꝙ dicit̄ Eſa. ix. Longeuus et honora⸗ Eſaie. ix.
bilis ipſe eſt caput. Virtutē: quia ceteroꝝ virtus
et motus eſt a capite: ꝓpter virtutē ſenſitiuam ⁊
motiuā ibi dominantē: ꝓpter quod ⁊ populi re⸗
ctor caput eius dicitur: ſm̄ illud. i. Reg. xv. Cum i. Reg. xv.
eſſes paruulus in oculis tuis: caput in tribubꝰ
factus es. He capitis conditiones chriſto vere
competunt reſpectu eccleſie corporis eius ꝓpter
quod nomen capitis cōgrue ad ipſum tranſlatū
eſt: habet enim ordinem eminētie. Unde de ipſo
dicitur in ps̄. Ego primogenitū ponam illū excel
ſum pre regibꝰ terre. Et vere primus et excelſus:
quia omnes alij gratiam receperūt per reſpectū
ad gratiam ſuam. Hinc ad Rom. viij. Quos pre
ſciuit hos ⁊ predeſtinauit conformes fieri imagi
nis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fra
tribus ſuis. Secundo habet perfectionē quantū
ad plenitudinē omniū gratiarū: ſm̄ illud Ioā. i.
Vidimus gloriā eius: gloriā quaſi vnigeniti a pa
tre plenū gratie ⁊ veritatis. Tertio virtutem ha⸗
bet influendi gratiam in mēbra eccleſie corporis
ſui: naꝫ de plenitudine eius omnes accepimus.
Ioā. i. Quippe ſm̄ diuinitatem ipſe eſt autor gra
tie: fidei: ceterorumq̄ donorum ſpiritualiū: que
influit et cauſat effectiue principaliter in nobis
in participatione ſacramentorum: ſecundū hu⸗
manitatem vero cauſa eſt meritoria eorundem.
Nam propter paſſionem: quam ſua ſponte ſecū
dum humanitateꝫ ſubijt: deus pater ſtatuit hec
dona conferre hominibꝰ: que principia ſunt ſen
ſus et motus operationum ſpiritualium et vita⸗
lium in recipientibus ea. Et propter influxū bo⸗
rum donorum a chriſto in membra eccleſie: chri
ſtus dicitur caput eccleſie: nō per proprietatem: Papa ca⸗
ſed ꝑ ſimilitudinē capitis naturalis. ¶ M Pa⸗ put eſt ec⸗
pa etiam eſt caput eccleſie ſm̄ predicta ꝓpter cō cleſie.
formes ſimilitudines: licet multum differenter a
chriſto. ¶ Primo propter ordinem et propinqui
tatem ad deuꝫ ratione officij: quia ipſe ſummus
eſt hierarcha in eccleſia: ad quem ſtat et reducit̄
tanq̄ in ſuū principiū omnis ordo eccleſiaſticꝰ:
vt dicit Innocen. tertius in ca. Solite. de maio.
et obe.

et obe. Papam in petro omnibus prefecit: con-
ſtituens eũ paſtorẽ ouiũ ſuaꝝ generalẽ: non di-
ſcernẽs has oues ab illis: cuꝫ dixit. Paſce oues
meas. i. ſm Chryſoſto. loco mei prepoſitus ⁊ ca-
put eſto fratrum: vt ipſi te in locũ meũ aſſumen-
tes vbiqꝫ terrarũ te in throno ſedẽtẽ predicent
⁊ confirment. ¶ Scdo caput eſt ꝓpter ꝑfectio-
nẽ accepte poteſtatis que ſm ſui plenitudinem
in ipo reſidet vt in capite: ſicut ⁊ in Petro papa
p̄rio: cui dñs tãꝙ eterne vite clauigero terreni ſi-
mul ⁊ celeſtis imperij iura cõmiſit: vt habet di.
xxij. oẽs. De quo Chryſo. ſup Mat. Filius: q̃ pa- (Chryſy.)
tris eſt ⁊ ipſius filij ptãtem petro vbiqꝫ terrarũ
cõmiſit: ⁊ homini mortali oẽm autoritatẽ dedit:
vt eccleſiã vbiqꝫ terraꝝ amplificet. Uñ ⁊ eccleſia
de ipo canit. Tu es paſtor ouiũ p̄ nceps apl'oꝝ.
Plenitudo aũt ptãtis petro collata trãſit in ſuc-
ceſſores. ¶ Dicit etiã tertio caput ꝓpter virtu-
tem influxiuã: dependet ſiquidẽ ab eo totus or-
do eccleſiaſticus: vt dictũ eſt: in diſpoſitione mi-
niſtrorum eccleſie: ⁊ ab ipo fluit mediate vel im-
mediate omnis poteſtas ſpũalis: ſiue in ꝑlatis
maioribus: ſiue in ſimplicibus preſbyteris: vn-
de Leo papa diſt. xix. ita dñs. dicit. Ita dñs ptã- (Leo papa)
tem clauiuꝫ ad oim apl'oꝝ officiũ pertinere vo-
luit: vt in beatiſſimo Petro oim apl'oꝝ ſummo:
huius muneris sacramẽtũ ꝑncipaliter colloca-
ret: vt ab ipo quaſi a quodã capite: dona ſua ve-
lut in corpus omne diffunderet: vt exortẽ intelli-
geret ſe diuini miniſterij eſſe: qui auſus fuiſſet a
petri ſoliditate recedere: hũc eñ in cõſortiũ in-
diuidue vnitatis aſſumptuꝫ id qđ ipe erat dñs
voluit noiari: dicendo. Tu es petrus ⁊ ſup hanc
petram edificabo eccleſiã meã: vt eterni templi
edificatio mirabili munere gr̃e dei in petri ſoli-
ditate cõſiſteret. ¶ N. Magna autẽ eſt huius
capitis a ꝑmo capite differẽtia: qꝛ xp̃s caput eſt
eccleſie ſm omne tp̃s preteritũ: preſens ⁊ futurũ
quia oẽs quicũqꝫ ſaluati ſunt: qui ſaluantur: et
qui ſaluabunt: in xp̃i noie ſalutẽ ꝑcipiunt: quia (Act. iiij.)
nõ eſt aliud nomẽ ſub celo datũ hominibus in
quo oporteat ſaluos fieri: ꝙ in noie ieſu: vt ait
Pe. Papa aũt eſt caput eccleſie ſm tẽpus deter-
minatũ: ſcꝫ ſm tp̃s ſui pontificatus. Unde ſcri-
bit de ſacerdotib9 ⁊ cõfeſſoribus: in quib9 ⁊ ſum-
mus ſacerdos cõꝑhẽdit. Plures facti ſunt ſa-
cerdotes: idcirco ꝙ morte ꝓhiberent permane- (Heb. vij.)
re. Jeſus aũt in eo ꝙ maneat in eternũ: ſempiter-
nũ habet ſacerdotiuꝫ: vñ in p̃s. Tu es ſacerdos
in eternuꝫ. Chriſtus quoqꝫ caput eſt eccleſie ſm
omnẽ ſtatum: vie ſcꝫ patrie: militantis eccleſie ⁊
triũphãtis: qꝛ datũ eſt ei nomẽ qđ eſt ſuper om-
ne nomẽ. In quo flectat omne genu celeſtiũ ter-
reſtriũ ⁊ infernoꝝ. Papa autẽ caput eſt eccleſie
ſm determinatũ ſtatũ: preſentis ſcꝫ peregrina-
tionis ⁊ vie. Uñ dictũ eſt ei. Quodcũqꝫ ligaue-
ris ſuper terrã: vt intelligatur pape ptãs ad via- (Phil. ij.)
tores in terris conſiſtẽtes limitata. ¶ Preterea
xp̃s caput eſt eccleſie principale ⁊ primarium: in
ſe omnia dona ⁊ gr̃arũ chariſmata ꝯtinẽs ⁊ pro-
pria virtute ⁊ autoritate mẽbra viuificãs: ac mo-
tum ⁊ ſenſus ſpũales influens. Papa ṽo caput
eſt eccleſie ſecũdariũ miniſteriale ⁊ vicariũ nõ-
nũꝙ virtutibus gr̃a ⁊ donis vacuum. Neqꝫ eñ
ipe influit vitã ſpũaleꝫ in membra: neqꝫ ipe dat
membris ſenſum ⁊ motum niſi vt miniſter ⁊ vi-
carius xp̃i. Propter qđ dicit apl's. ij. Coꝝ. v. Pro
chriſto legatione fungimur tanꝙ deo exhortan-
te per nos. ¶ O Et per hoc patet ꝙ eccleſia nõ
eſt monſtruoſa ⁊ biceps ſeu bicapitalis: quia nõ (Eccl'ia nõ habet)
habet duo capita ex equo ⁊ principalia: ſꝫ vnuꝫ
principale: ⁊ aliud vicẽ eius tenens: qđ nullam (duo capita ꝑncipalia ⁊ ex equo.)
inducit monſtruoſitatem. Sunt eñ tanꝙ vnuꝫ
caput: inquãtum caput principale agit per pa-
pam tanꝙ per vicarium ⁊ vicẽ ſuam ſua cõmiſ-
ſione tenentẽ: ſicut rex iturus in regionem lon-
ginquam regit per gubernatorem: ⁊ epiſcop9 in
caſu per coadiutorem. Patet etiã ꝙ eccleſia per
mortem pape nõ eſt acephala: nec vero ſuo ſpõ-
ſo viduata. Non eñ deſerit eccleſiã ſuaꝫ chriſt9
cui ſuam inſeparabilẽ promiſit preſentiã Mat.
vlti. dicens. Ego vobiſcum ſum omnib9 diebus
vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Huius autem
famulum ⁊ miniſtrum recognoſcit ſe papa: im-
mo ⁊ ſeruorum eius: duꝫ in bullis ſuis ſe ſcribit
ſeruus ſeruorum dei. Et in altaris officio pro eo
orantes dicimus. Una cũ famulo tuo papa nr̃o
Pro hoc ergo famulo chriſti: ⁊ vicario eius: per
quem eccleſiam ſuã regit ⁊ dirigit tanꝙ pro ho-
mine errare potente oramus: et rationabiliter.
Nam vt docet beatus Bonifacius martyr: pro
eius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto
inſtantius orat: quãto ſuam ſalutem poſt deum
ex illius incolumitate animi aduertit propen-
ſius dependere: vt habet diſtin xl. ſi papa. Ora-
mus ergo pro papa: vt a peccatis ⁊ erroribus: q̃
tanꝙ membris capitis infirmitas eccleſie ma- (ij. Coꝝ. x.)
xime nocent: miſericorditer preſeruetur: vt quo-
qꝫ iuxta diuine legis ſanctionem: ⁊ naturalis iu-
ris equitatem ſuſcepta vtatur poteſtate: non in
deſtructionẽ: ſed edificationem eccleſie: paretqꝫ
dño ſuo regimine plebẽ perfectam. Et ſequitur.
✠ Papa noſtro. N. Per qđ intelligi datur: ꝙ ce- (✠ Ganfridus bouſſardus. Lꝫ videatur Gabrieli ꝙ ſacerdos celebrans dꝫ nomẽ pape exꝑmere: ñ tñ mihi vr̃ neceſſariuꝫ nec expediens: qm̃ cũ non ſit niſi vnus papa ſufficit dicere ⁊ orare mõ ſupra exp̃ſſo vna cũ papa noſtro: ſic eñ dicẽdo aut orãdo: tãtũ dẽ eſt: ac ſi diceret pro papa nr̃o Leone ⁊c. Innocẽ.)
lebrans orans pro papa: nomen eius debet exꝑ-
mere: vnde dicit Pelagius papa allegante Al-
ber. Ab vniuerſi orbis communione ſunt ſepa-
rati: qui qualibet diſſenſione inter ſacra myſte-
ria apoſtolici pontificis nomen ſm conſuetudi-
nem nõ frequẽtant. Debent ergo celebrãtes no-
minare modo innocentium: qui diuina prouidẽ-
tia apicẽ apoſtolatus tenet: dum hec ſcribimus
Hoc autem intelligendum eſt ꝙ nemo celebrã-
tium ex contemptu nomen pape pretermittere
debet: ideo additur: qui qualibet diſſenſiõe. Si
eñ celebrans nomen pape non craſſe ignoraue-
rit: vel legẽdo canonẽ nõ occurrerit: ⁊ ita pro pa-
pa ſine nois ſui exp̃ſſione orauerit: non eſtimo
illum peccatum incurrere. Nec oportet pro re-
memoratione nois ſacerdotẽ diu tardare: ne cõ-
fuſio tediũ: aut ſcãdalũ in pp'lo oriatur: et ꝑpue
mentis diſtractio cauſa vitandi maioris pericu-
li caueat. ¶ P Pro rege nr̃o. N. Poſtꝙ ſacer-
dos in perſona eccleſie orauit pro papa: qui eſt
princeps ⁊ ſupremus in poteſtate eccleſiaſtica ⁊
ſpũali: conſequenter orat pro rege qui ſuprem9
princeps eſt in poteſtate terrena ⁊ ſeculari. Uñ
ſm Inno. ſicut ſunt due vite: celeſtis ſcꝫ ⁊ terre-
na: vna qua ſpũs viuit cũ deo: altera qua ex ſpũ
viuit caro: ⁊ vtraqꝫ nutrit vt poſſit ſubſiſtere: ce-
leſtis ſpũalib9 terrena corporalib9. Ita ſunt due
poteſtates: eccleſiaſtica videlicet ⁊ mũdana: vna
que moderatur ſpiritualia: alia q̃ corꝑalia. Iſta
per clericos: illa regitur per laicos: et iſta vacat
celeſtibus: illa corꝑalib9. Iſta quãtum ad aiam: (Luc. xxij.)
illa quãtum ad corpus. He due poteſtates duo
gladij ſunt: de quibus domino apoſtoli dixerũt
Luc. xxij. Domine ecce duo gladij hic. He ſunt
et duo luminaria magna: que poſuit dominus
in firmamento celi: hoc eſt eccleſie. Due ſcilicet
dignitates: pontificalis autoritas ⁊ regalis po-
teſtas: vt dicit Innocen. in. c. ſolite. de maiori. et
obediẽtia. Illis duab9 poteſtatib9 gubernatio ⁊

regimē mundi eſt cōmiſſum. De poteſtate ſpiri⸗
tuali patuit ex ṽbis xp̄i ad petrum. Paſce oues
meas: nō diſcernēs illas ab iſtis. De ſeculari pꝫ
ex verbis eiuſdē cū reſpōdit iudeis querētibus
vtrum liceret cēſum dare ceſari. Reddite q̄ ſunt
ceſaris: ceſari. Ex ṽbis quoqꝫ Petri apl̄i. Sub⸗
diti eſtote omni humane creature ꝓpter deum:
ſiue regi quaſi precellēti: ſiue ducib⁹ tanq̄ ab eo
miſſis ad vindictā malefactoꝝ: laudē ṽo bono
rū. j. Pe. ij. De ambab⁹ ſimul ſcribit Gelaſi⁹ pa⸗
pa anaſtaſio impatori. xcvj. diſt. duo quippe. di⸗
cens. Duo quippe ſunt impator auguſte quib⁹
principaliter hic mūdus regit: autoritas ſacra
pōtificū: ⁊ regalis ptās. In quibus tanto graui⁹
eſt pōdus ſacerdotū: quāto etiā pro ipſis regib⁹
Auguſtin⁹ hominū in diuino ſunt reddituri examine rōnē
Et bea. Aug. vt habet. xxiij. q. v. non fruſtra ait.
Nō fruſtra inſtituta ſūt ptās regalis: ius cogni⸗
toris: vngule carnificis: arma militis: diſciplina
dominātis: ſeueritas boni patris: habēt omnia
iſta modos ſuos: cauſas: rōnes: ⁊ vtilitates: hec
cum timent: mali coercentur: ⁊ boni quieti inter
malos viuūt. Cui cōcordat Paul⁹ Rom. xiij. di⸗
cēs ptātes ſeculares eſſe a deo ad terrorē maloꝝ
⁊ laudē bonoꝝ: vnde ait. Uis nō timere poteſta
Iſido. tem: bonū fac: ſi aūt malefeceris: time. Non eñ
ſine cauſa gladiū portat. Et beatus Iſido. li. iij.
ſentētiaꝝ ſuarū: c. liij. Principes ſeculi nōnunq̄
intra eccleſiam poteſtatis adepte culmina tenēt
vt per eandem poteſtatē diſciplinā eccleſiaſticā
muniāt. Ceterū in eccleſia poteſtates neceſſarie
non eſſent: niſi vt qđ nō preualēt ſacerdotes effi
cere per doctrine ſermonē: ptās hoc impleat per
diſcipline terrorē. Sepe per regnū terrenū cele⸗
ſte regnū proficit vt qui intra eccleſiā poſiti con
tra fidem ⁊ diſciplinā agūt rigore principū cōte
rantur. Ipſamqꝫ diſciplinā quā eccleſie vtilitas
exercere nō preualet: ceruicibus ſuperboꝝ ptās
principalis imponat. Et ſequit. Cognoſcāt prin
cipes ſeculi deo debere ſe rationem reddere pro
pter eccleſiā quā a xp̄o tuēdā ſuſcipiūt. Nā ſiue
augeatur pax ⁊ diſciplina eccleſie per fideles ꝑn
cipes: ſiue ſoluatur: ille ab eis rationem exigit:
qui eoꝝ ptāti ſuā eccleſiā credit. Hec Iſiđ. ⁊ ha⸗
betur eadē. q. principes. Ex quibus ſatis patet
ꝙ regis intereſt: ⁊ ſecularis ptātis eccleſiam in
pace ⁊ tranq̄llitate tutare ⁊ defenſare. Et q꞉ ec⸗
cleſia defenſionē recipit a regia ptāte: iure natu
ralis ptātis obligatur: vt ſuffragiū quale poteſt
maxime ſpūale: repēdat: qđ facit per ſacerdotes
obſecrando vt clementiſſimus pater accepta ha
beat hec ſctā ſacrificia pro rege noſtro. ¶ Q. ſit
aūt oratio pro dignitate regia poſt orationē fa⸗
ctam pro papa: q꞉ poteſtas ſuprema ſacerdota⸗
lis excedit regiam: antiquitate: dignitate ⁊ vtili⸗
Ptās ſacerdotalis ſuprema excedit regiam tate. Antiquitate: q꞉ iubēte deo ſacerdotiū inſti
tutū eſt: vt pꝫ Exo. xxviij. Poſt ſacerdotiū inſti⸗
tuta eſt ptās regia ad ppl̄i petitionē: vt habet. j.
Reg. viij. ⁊ ix. ac. xij. c. Cuius regula qua viuere
debet ⁊ regere deſcribit Deut. xvij. Excedit etiā
dignitate: vt ſupra cū ageretur de dignitate ſa⸗
cerdotali aliqualiter dictum eſt lec. iiij. Et ex eo
etiam patet quia maior eſt qui bn̄dicit: ⁊ qui bn̄
dicit minor: ſm̄ apl̄m ad Heb. vij. Sine vlla cō⸗
tradictione: qđ minus eſt a meliori bn̄dicit. Rex
aūt in impatorē ꝓmouendus cōſecrat: bn̄dicit:
vngitur ⁊ coronat a ſacerdote ſupremo papa: vt
pꝫ in. c. venerabilē. de electione. Hinc vt dicit
Inno. in. c. ſolite. de maio. ⁊ obe. allegato. Quāta
Innocē. eſt differentia inter ſolē ⁊ lunā: tanta inter pon⸗
tifices ⁊ reges cognoſcatur. Premiſit aūt. Fecit
deus duo magna luminaria in firmamento celi.
Luminare maius vt preeſſet diei: ⁊ luminare mi
nus vt preeſſet nocti. Utrunqꝫ magnū: ſed alte⸗
rum maius. Ad firmamentū igit celi: hoc ē vl̄is
eccleſie: fecit de⁹ duo magna luminaria. i. duas
inſtituit dignitates: qui ſunt pontificalis auto⸗
ritas: et regia ptās: ſed illa que preeſt diebus. i.
ſpūalibus maior eſt: que ṽo carnalibus: minor.
Hinc ⁊ imperator papā vocat dn̄m: cui vt maio
ri preſtat iuramentū. lxiij. di. Tibi dn̄o ioāni pa⸗
pe. Et caput eidē tanq̄ maiori ſubmittit. diſt. ea
dem: valentinianus. Un̄ ⁊ ſacerdotes: patres: et
magiſtri regū ⁊ principū appellant. xcvj. diſt. qs
dubitat. Propter qđ ⁊ Cōſtātin⁹ impator indi⸗
gnū iudicat ſacerdotes iudicare: vt ſcribit btūs
Grego. mauricio impatori. xj. q. j. ſacerdotibus.
Hinc ⁊ impatores xp̄i executiones ſuas preſu⸗
libus ſubdere debēt nō preferre. diſt. xcvj. ſi im⸗
perator. Et papa transfert ptātē ſupmā ſecula⸗
rem de gente in gentē: vt in. c. allegato: venera⸗
bilē. Et impatorē deponere pōt. xv. q. vj. alius.
Item iuncta glo. Et ipm̄ pōt excōicare. xcvj. diſ.
duo ſunt. Ex quibus oībus pꝫ excellētia digni⸗
tatis ſacerdotij ſuper ptātē ſecularē. ¶ R. Exce⸗
dit tertio et ipam vtilitate: quia poteſtas ſacer⸗
dotalis per ſe reſpicit bona ſpūalia: ⁊ ipaꝫ aīaꝫ.
Secularis ṽo bona tpalia: ⁊ corpus: ⁊ iſta diri⸗
git in finē naturalē: pacē ciuilē ⁊ politicā: quie⸗
tam ſcꝫ ⁊ pacificā cohabitationē: in ſignū cuius
reges ⁊ principes ad genua ſacerdotū pronolu⸗
ti: exoſculata eoꝝ dextra orationib⁹ eorum ſe cō
mittūt ⁊ credunt cōmuniri: vnde ⁊ ipſi ſacerdo⸗
tes pro eiſdem in diuino ſunt reddituri examine
rationem. diſt. xcvj. duo ſunt. Hinc q꞉ ſacerdo⸗
tium preeſt ſpūalibus: maius lumē dictum eſt.
Sicut ergo aīa plus eſt q̄ eſca: ⁊ corpus plus q̄
veſtimētū: ita ptās ſpūalis plus eſt q̄ ſecularis:
⁊ ideo recto ordine poſt orationē pro papa orat
ſacerdos pro rege: hoc eſt pro conſtituto in ſu⸗
prema dignitate laicali. Neqꝫ refert in ꝓpoſito
vtrum impator ſit an nō: q꞉ ſemper digniſſimus
eſt ſtatu in ordine laicoꝝ inter principes ⁊ ſecu⸗ j. ad Tim. ij
larium ptātes. ¶ Uerum hanc clauſulaꝫ nōnul⸗ Baruch.
li referunt ad regem hunc: in cuius regno ſacer⸗ ✠ Hoc nō
dos celebrat: vel etiā ꝑncipem ſecularē ſupmuꝫ obꝫ dicere ipe
terre in qua celebrat: ſicut illud qđ ſequitur: pro antiſtes in
antiſtite noſtro: refert ad ep̄m iſtius dioceſis in ſua dioceſi
qua miſſaꝫ dicit ſacerdos. Ad orandū antē pro ep̄s: ſꝫ ep̄i
principe hortatur apl̄s dicens. j. ad Tim. ij. Ob tes in eccle
ſecro primum om̄ fieri obſecrationes: oratiōes ſia romana
poſtulationes: gratiarū actiones pro omnibus ſine dioceſi
hoibus: pro regibus ⁊ omnib⁹ qui in ſublimita nō pro alio
te cōſtituti ſunt: vt quietā vitam ⁊ tranq̄llā aga⸗ orāt q̄ pro
mus cum omni pietate ⁊ caſtitate. A ꝑncipe ſi⸗ dn̄o papa:
quidē fluit in nos rectitudo iuſticie ⁊ pacis: quo q̄ cū hoc ꝙ
ad regimē ⁊ gubernationē bonoꝝ exteriorum: ⁊ eſt vl̄is ep̄s
defenſionē a ꝑuerſis ⁊ ꝑtinacib⁹: quos ferire hꝫ ēt eſt ꝑticu
gladio ſibi cōmiſſo. Un̄ ⁊ ꝓpheta Baruch legi laris ep̄us
tur ad orādū pro rege q̄ſdaꝫ exhortat⁹ fuiſſe: di⸗ romane di
cēs. Orate ꝓ vita nabuchodonoſor regis baby⸗ oceſis.
lonis: ⁊ ꝑ vita balthaſar filij ei⁹: vt ſint dies eoꝝ
ſicut dies celi ſup terrā. ¶ S. Sequitur in textu.
Pro antiſtite nr̄o. N. Antiſtes dicitur quaſi an Antiſtes
te alios ſtans ✠. Et đr antiſtes ſm̄ ianuēſem qui vn̄ dicatur
libet ſacerdos: qm̄ cuiuſlibet talis eſt ſtare ante
ppl̄m ꝑ orōnē ad deū: ⁊ oblationē ſacrificij: pro
peccato ⁊ ſalute ppl̄i impetrāda. Un̄ ⁊ de ſacer⸗ Iohel. ij.
dotib⁹ veteris teſt. ſcribit: ꝙ plorabāt inter veſti
bulum ⁊ altare. dicentes. Parce dn̄e parce ppl̄o
tuo. Iohel. ij. Accipitur aūt nūc antiſtes cōiter
cuius maxime eſt ſalutē ppl̄i ꝓcurare ꝑ orōnes

predicatio nes

predicationes ꝛ vite imitabilis rectitudinē. Unū
ꝛ xp̄s gregē ſuū ſpāliter ep̄is commēdauit: vt in
actib⁹ paul⁹ ait. Attēdite vobis ꝛ vniuerſo gre-
gi: in q̄ vos ſpūſſctūs poſuit ep̄os regere eccliaꝫ
dei. Hinc apl's ſcribit. j. ad Timo. iij. Opꝫ ep̄m
irreph̄ēſibilē eē vni⁹ vxoris virū: ſobriū: ornatū
Ambro. prudētē: pudicū: hoſpitalē doctorē ꝛc. Amb. q̄qꝫ
in ſuo paſtorali. Magna ſublimitas magnā ha
bere debet cautelā. Grādis honor grandi dꝫ ſol
licitudine circūuallari. Cui plus credit: pl⁹ ab eo
exigit. Ita ꝛ aarō ſumm⁹ ſacerdos inſtāter pro
pp̄lo iterpellabat. Unū legit Num. xvj. Cū ignis
egreſſus a dn̄o multa hoim milia cōſumpſiſſet:
moyſes mādauit aaron: vt cito pgēs ad pp̄lꝫ ro
garet pro eis: vn̄ aaron ſtans inter viuos ꝛ mor-
tuos: p pp̄lo dep̄cat⁹ ē ꝛ ceſſauit plaga. ¶ T De
bēt aūt orare ſacerdotes pro antiſtite ſuo. i. ſuo
pōtifice: ſm Inno. illi q̄ nō ſunt in romana dio-
ceſi: q̄ten⁹ vnitatē ſpūs i vinculo pacis obſeruēt
Albertus. q̄m ſm Alb. per ip̄m a papa primo capite ꝛ ſup̄-
mo dona grā[rum] in nos deſcēdūt ſicut vnguētum
p̄rio deſcēdit a capite in barbā q̄ capiti adheret
a barba ſtillat in ſupiora: a ſupiorib⁹ i media: ꝛ
fluit vſqꝫ ad orā ꝛ fimbriā veſtimēti. Illi aūt qui
ſunt de romana dioceſi: nō orāt p alio antiſtite:
q̄ p ſummo pōtifice: q2 ille cū hoc ꝙ eſt ep̄s vni-
uerſalis: eſt etiā ip̄o[rum] ep̄s pticularis. Nō enim
aliū hꝫ ep̄m romana dioceſis: q̄ ſummū ꝛ vlem:
ppter qd̄ nōnulli dicūt ꝙ romana ecclia ſup al's
ecclias tenet pncipatū: q2. ſ. ep̄s roman⁹ eſt ep̄s
vl'is ꝛ caput: ſm ſupi⁹ dicta toti⁹ eccl'ie militā-
tis. Quapropter ꝛ ip̄a caput eſt ꝛ magr̄a aliarū
eccleſia[rum]: eo loquēdi mō quo metropolitana ec-
cleſia dr̄ caput oīm eccleſia[rum] ſuffraganea[rum]: quia
ſcꝫ ei⁹ ep̄s eſt caput ꝛ ſupior: q2 archiep̄s earuꝫ.
In cuius ſignū aiunt ꝙ eccleſia antiochena / in
qua petrus (vt hiſtorie referunt) ſeptē annos ſe
dit: ſed priuſq̄ romā adijt: primatū tenuit ſuper
alias eccleſias. Poſtq̄ vo petrus ſedē ſuā romā
trāſtulit: romana eccleſia facta eſt primaꝛ caput
alia[rum]. De quo habet. xxiiij. q. j. rogam⁹. De hac
materia diffuſe tractat venerabil' inceptor Gui-
lhel. olā in ſuo dialo. parte. j. li. v. per multa capi
tula: tāgēs diuerſas opiniones cū motiuis ſuis
Dꝫ aūt ſacerdos offerēs p eccleſia ſancta catho
lica vna cū papa nr̄o ꝛ antiſtite exp̄mere xp̄i no-
men ſicut ſupra dictū eſt de papa: vt attētior: cer
tior ꝛ pticularior ſit applicatio hui⁹ ſacrificij ad
perſonas illas: que in ſublimitate ſunt cōſtitute
que curā noſtri gerunt ꝛ ſollicitudinē: ac pro no
bis reddituꝛe ſunt rationem. Sequitur.

¶ Lectio. xxiiij. A

E t omnib⁹
orthodoxis. ¶ Poſt-
q̄ vtrāqꝫ ptātē eccl'ia
ſticā ſcꝫ ꝛ ſecularē ora
tione ſua dn̄o cōmen
dauit: orat ſacerdos
pro cūctis fidelibus
orthodoxis: qui ſub
vtraqꝫ poteſtate fidē
catholicā tenēt: vene
rant ꝛ colūt. Dicunt
aūt orthodoxi. i. recte glorioſi: vn̄ orthodox⁹ ab
orthos grece: qd̄ eſt rectum latine: ꝛ doxa gloria
quaſi vir recte glorie. Uel ſm Papiā. Doxos. i.
doctrina vel regula: vnde orthodoxus quaſi re-
Orthodoxus vn̄ dicatur. ctam regulā ſeu doctrinā credendo et viuendo
tenens. Orat ergo pro omnibus orthodoxis. i.
omnib⁹ fidelibus xp̄ianis: ꝛ recte xp̄i fidē ac do-
ctrinam tenentibus. Hi em̄ tantū recte poterūt
gloriari quibus conſcientie teſtimonium cōſo-
nat de fide nō ficta. Nam Paulo atteſtante. ij.
Cor. j. Gloria noſtra hec eſt: teſtimoniū cōſcien
tie noſtre ꝙ in ſimplicitate cordis et ſinceritate Paulus.
dei: nō in ſapientia carnali: ſed in gratia dei cō-
uerſati ſumus. Excluduntur ergo a fructu hui⁹
ſacrificij infideles: heretici ꝛ ſchiſmatici: p his
non orat ſacerdos dicens. Et omnibus ortho-
doxis. Tales namqꝫ quia recta fide ꝛ vnione ca
rent: neqꝫ xp̄o capiti: neqꝫ ceteris eccleſie cōne-
ctuntur mēbris. Siquidē fides vinculū eſt vniēs
membra capiti: ſicut patuit in deſcriptiōe eccle-
ſie ſuprapoſita. Eccleſia eſt corpus myſticū fide
xp̄i animatū. Sūt em̄ nō viuētes myſtice ꝛ ſpūa
liter: quicūqꝫ fide carēt. Qm̄ iuſtus ex fide viuit.
abachuc. ij. ꝛ Rom̄. j. ꝛ per cōſequēs nutrimenti
ſpūalis influxus: ſcꝫ vite ſenſus ꝛ motus: ad vi-
taliter operandum a capite xp̄o nullatenus ſūt
capaces. Sunt em̄ a corpore xp̄i rupto vnionis
vinculo preciſi: ꝛ ideo ſicut ramus preciſus a ra
dice: ita a corpore xp̄i qd̄ eſt eccleſia dimembrati
nutriri ꝛ refici nō poſſunt operatione huius vi-
uifici ſacramenti ſiquidem vitam nutriendi nu
tritio preſupponit. Recte igitur omnib⁹ ortho-
doxis orationē ſacerdos applicat: quia eius ſa-
crificij memoriā agit: qd̄ xp̄s ſummus ſacerdos
pro omnibus eccleſie ſue membris: ſub diuo or-
bis medio ꝯſummauit: ſm illud pph̄e. p̄s. lxxiij. Ad eph̄. j.
Operatus eſt ſalutē in medio terre. ꝛ ad Eph̄. j.
Inſtaurare omnia per ſanguinē ei⁹: ſcꝫ xp̄i: que
in celis ꝛ que in terra. Debitū itaqꝫ eſt vt ſacer-
dos xp̄i typum gerens offerat ſacrificiū pro om
nibus orthodoxis: pro quib⁹ idip̄m obtulit xp̄s
in ara crucis: nullūqꝫ excludat orthodoxorū te-
nax miniſter liberalis dn̄i: qui ſacrificij fructum
voluit eſſe copioſum ſm illud p̄s. Copioſa apud Ps.
eum redemptio. Neqꝫ cōgruit vt ibi diſpēſator
ſit parcus: vbi liberaliſſimus eſt dn̄s: ideo pro
orthodoxis omnibus ſine excluſione orat: vt in
ſuo miniſterio fidelis inueniat. ¶ B Atqꝫ cha
tholice ꝛ apoſtolice fidei cultoribus. Tales eniꝫ
ſunt recte glorioſi: qui deum recte fidei cōfeſſio-
ne glorificant: ꝛ ſm catholice ꝛ apoſtolice fidei
regulā vere colūt: ad quos apl's ad Gal'. ſcribēs
ait ca. vlti. Et quicūqꝫ hāc regulam: ſcꝫ fidei ieſu
xp̄i: ſecuti fuerint: pax ſuper illos ꝛ miſericordia
¶ Sed dice. Superflue videtur additū: catholi
ce ꝛ apoſtolice fidei cultoribus: quia ſufficiēter
includitur in verbo omnibus orthodoxis. Rn̄- Obiectio.
detur ꝙ nō ſuperfluit: q2 fidei cultus per hoc ad
ditum expreſſius declaratur: in eo ꝙ cōditiōes
fidei quo vere deus colit manifeſtius exprimun Rn̄ſio ad obiectionē
tur. Eſt em̄ fides iſta catholica: eſt ꝛ apoſtolica.
Catholica: q2 eius principia non particl'ariter ſꝫ
vniuerſaliter toti mundo ſunt tradita: non ſicut
lex vetus: q̄ dūtaxat vni pp̄lo iſraelitico: ſemini
ſcꝫ abrae: data ceteros nō obligabat: nam abrae
dicte ſunt promiſſiones ſalutis ꝛ ſemini ei⁹. Ad
Gal'. iij. Ideo precipue a ſemie abrae de quo na-
ſciturus erat xp̄us: deus fuerat colendus. Qui
poſtq̄ per carnis aſſumptionē venit: legeꝫ tulit
vniuerſalē vniuerſo mūdo neceſſariā. Cui⁹ pro
mulgationē iniūxit apl'is dicēs. Eūtes in mun-
dū vniuerſuꝫ: p̄dicate euā. oī creature. Qui cre-
diderit ꝛ baptizatus fuerit: ſaluus erit. Mar. vl
ti. Qd̄ aſtruit neceſſitatē baptiſmi ḡnaliter quo-
ad omnes tribus: nationes ꝛ gentes. Per huius
nāqꝫ ſuſceptionē aſcribit ſuſcipiēs familie chri-
ſti cui ſoli patet introitus regni celeſtis: dicente
ſaluatore Joā. iij. Nemo aſcendit in celum niſi Joan. iij.

qui deſcēdit de celo: filius hominis qui eſt in ce
lo. Chriſtus. ſ. totus cū corpore ſuo ⁊ membris.
Hinc dn̄s ad nicodemū. Niſi quis renatus fue-
rit ex aqua ⁊ ſpū ſctō nō pōt introire in regnum
dei. Ibidem Eſt ergo fides catholica. i. vniuer-
ſalis: que nullū reſpuit ſe ſuſcipere volētem. So
laqʒ eſt que ſuos profeſſores ad regnū: ⁊ eternā
beatitudinē ꝑuehit ⁊ ꝑducit. ¶ C Eſt etiaʒ
fides aplīca: hoc eſt per aplīos toti mūdi cōcor-
diter promulgata. Uel aplīca. i. in aplīs tanq̄ fir
mis radicibus fundata. Aplī nāqʒ accepta pro-
mulgande fidei cōmiſſione: antequā in oēm terrā
ſe ſegregarent ad predicādū fidē in fines orbis
terre: cōuenerūt in hierl'ʒ: ⁊ fidei articulos quos
predicaturi erant: ſimul cōtulerunt: fideiqʒ ſym
bolum ediderunt vt vniformis eſſet eorū doctri
na: nec inter eos forēt ſchiſmata: per quos totꝰ
j. Cor. i. fidelium cetus in vnitatē fidei fuerat colligēdꝰ
vn̄ aplīs. j. Cor. j. Obſecro vos fratres per nomē
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i vt idipm̄ dicatis oēs: ⁊ nō ſint in
vobis ſchiſmata. Quibus vt idē paulus aplīus
Ad Gal. ij. concorditer euangelizaret: ad apoſtolos aſcēdit
conferens cū eis doctrinaliter: vt dicit ad Gal.
ij. Aſcendi hieroſolymā cū barnaba aſſumpto ⁊
tito ⁊ contuli cū illis euāgeliū qd̄ predico in gen
tibus: ſeorſum autē his qui videbanꝶ aliq̄d eſſe
ne forte in vacuū currrerē aut cucurriſſem. Eſt
etiam fides in apoſtolis: tanq̄ radicibus firmis
ad Eph. ij. firmata: nam aplī fidē fundauerunt ſuper pmū
fundamentū ſcʒ xp̄m. ad Ephe. ij. Superedifica
ti ſuper fundamentum aplōꝝ ⁊ propheta ipſo
ſummo lapide angulari ieſu xp̄o: vn̄ ⁊ ipſi apo-
ſtoli fundamēta fidei ⁊ eccleſie dicunꝶ. pſ. lxxxvj.
Fundamenta eius in montibꝰ ſanctis. De quo
etiam Pelagius papa. xxiiij. q. j. pudenda. Una
eſt eccleſia cui in canticis canticorūʒ dr̄. Una eſt
columba mea: quaʒ nullā aliam eſſe conſtat niſi
que in aplīca eſt radice fundata: a quibus ipaʒ
fidem vniuerſo orbe propagataʒ eſſe nemo pōt
Auguſtinꝰ dubitare. Et ſubdit. Qd̄ ⁊ vobis: lʒ notiſſimū ſit
oīno: beati Aug. teſtimonio cōprobemus: audi-
te q̄d in quodā ope ſuo preclariſſimus doctor di
cat ecclīe: ait eñ. Si nullo mō recte pōt dici ec-
cleſia in qua ſchiſma eſt: reſtat vt qm̄ nulla eccle
ſia eē nō pōt: ea ſola ſit: q̄ in aplīce ſedis per ſuc
ceſſiones epōꝝ radice conſtituta: nulla malicia
hominū valet extingui. Ex quibus patet ecclīe
fidē in aplīca radice fundatā eſſe: qd̄ Nicolaus
papa in. c. fundamenta. de electione. lib. vi. cla-
rius dicit: ait eñ. Fundamenta eccleſie militātis
in montibꝰ ſanctis ꝓpheta rememorās: per mō
tes aplīos ⁊ ꝑdicatores patenter inſinuat: q̄bus
tota huiꝰ ſacrificij fabrica innitiꝶ: qui vt firme
baſes eccleſie ſuꝑ xp̄o ſolidanꝶ. Suꝑfluū videꝶ
allegare ad hoc plurima: cū Apo. xxi. clare ſcribi
Apo. xxi. tur. Murꝰ ciuitatis habēs fundamenta duode
cim: ⁊ in ipſis duodecim noīa duodecim aplōꝝ
⁊ agni. Ciuitas illa aut eſt eccleſia militās (⁊ ha-
beꝶ ꝓpoſitū) aut triūphans: ⁊ ſi illius ciuitatis
celeſtis: aplī ſunt duodecim fundamēta: vbi nec
predicarūt: nec ꝓ xp̄o ſanguinē fuderūt: quāto
magis erūt fundamēta ecclīe militātis: quā do-
ctrinaꝝ imbribꝰ rigarūt ⁊ ꝑcioſo martyrio cōſe
crarūt. ¶ D Sʒ cū dicit aplīs. Fūdamētū aliud
j. Cor. iij. nemo pōere pōt ꝑter id qd̄ poſitū eſt: qd̄ eſt xp̄s
ieſus: quō aplī dici pn̄t fundamēta. Sʒ ad hoc
facile dr̄ per diſtinctionē fundamenti. Eſt enim
fundamentū primū ⁊ principale: ſine quo nulla
Joā. xv. fundari pōt eccleſie: ⁊ illud eſt xp̄us ipſo dicente
Duplex eſt Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere: ſine me ſcʒ
fundamē. primo ⁊ principali fundamento. Aliud eſt fun-
damentū minus principale: ſiue ſecūdariū: ſine
quo poſſet q̄dē fundari ecclīa: lʒ de fctō ſine eo
fundata nō ſit: ⁊ tale fundamētū ſunt aplī: ⁊ in-
ter eos ꝑncipalīꝰ petrꝰ: vn̄ ⁊ petrus frequēter fū
damētū dr̄. Un̄ Aug. in epl'a ſeu libro ꝯ epl'aʒ do
nati loquēs de petro dicit. Cū in illo tanq̄ i petro
fundata ſit ecclīa. Et iii in ſermone de cathedra
petri. Petrū itaqʒ fundamentū ecclīe noīauit:
haud dubiū quin xp̄s: dicēs. Tu es petrus ⁊ ſuꝑ
hāc petrā edificabo eccleſiā meā. Sequiꝶ. Ideo
digne hoc fundamētū eccleſia colit: ſuꝑ qd̄ eccle
ſiaſtici edificij altitudo cōſurgit. Et poſt pauca.
Dignū eſt vt fundamentū hoc in eccleſia hono
retur: per qd̄ celum aſcēditur. vbi Augu. petrum
fundamentū noīat. ¶ De primo fundamēto lo-
quitur apoſtolus. Fundamētū aliud nemo pone
re ⁊c. ⁊. j. Cor. x. Petra inquit erat xp̄s. Hec pe-
tra ſuper quā fundāda erat eccleſia: cū dn̄s dixe
rat. Tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrā edificabo
eccleſiam meā: que exponens bea. Aug. in de ver Auguſtinꝰ
bis dn̄i dicit. Dn̄s noſter ieſus xp̄s dixit petro.
Tu es petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo ec
cleſiā meam: ſuper hanc petrā: quā cōfeſſus es:
ſuper hanc petrā quā cognouiſti: dicens. Tu es
xp̄s filius dei viui: edificabo eccleſiam meā. Su
per me edificabo te: nō me ſuper te: nam volētes
hoīes edificare ſuper hoīes dicebant. Ego ſum
pauli: ego ſum apollo: ego vero cephe: ⁊ alij no-
lentes edificare ſuper petrum: ſed ſupra petram
dicebāt. Ego ſuʒ ieſu xp̄i. Hec Aug. Hūc errorē
circa eccleſie fundamētū vidēs aplīs reprobat. j.
Cor. j. ſubiungens ad premiſſa verba. Ego ſum
pauli: ego v̄o cephe: ego aūt xp̄i. Diuiſus ergo ē
xp̄s. Nunq̄d paulꝰ crucifixꝰ eſt ꝓ vobis. Aut in
noīe pauli baptizati eſtis: q̄ſi diceret. Non. Igiꝶ
neqʒ petrꝰ: neqʒ paulꝰ: neqʒ aliq̄s aliꝰ citra xp̄m
eſt aliq̄d. i. eccleſie fundamētū. Eapropter ſubſe
quēter in eadē epl'a. c. iij. dicit. Quid igiꝶ apollo?
q̄d paulꝰ? Miniſtri eiꝰ ſunt cui crediſtis: ⁊ vni
cuiqʒ ſicut dn̄s dedit ſupple dʒ miniſtrare. Ego
inq̄t plātaui ſcʒ ꝑ ꝑdicationē: apollo rigauit per
baptizationē: ſʒ deꝰ icremētū dedit ꝑ fidei ⁊ cha
ritatis infuſionē. Itaqʒ neqʒ q̄ plātat ē aliquid:
vt paulꝰ: neqʒ q̄ rigat ē aliq̄d vt apollo: ſupra qd̄
ſcʒ fundari poſſet ecclīa: ſʒ q̄ incremētū dat deꝰ
ipe. ſ. ē ecclīe ꝑncipale fūdamētū. Et ſubdit. Ut
ſapiēs architectꝰ fūdamētū poſuit. ſ. xp̄ʒ: de quo
dixi ꝙ nēo aliud pōt ponere. Et iterū petra erat
xp̄s. Unuſq̄ſqʒ aūt videat quō ſuperedificet. Et
intantū pēſauit aplīs hoc eccleſie fundamētum
ꝙ nihil auſus erat loqui: niſi qd̄ ſuꝑ illud funda
mētū fuiſſet fundatū. vn̄ aplīs ad Rom. xv. Nō Ad Ro. xv.
eñ audeo aliq̄d loq̄ eoꝝ q̄ per me nō efficit xp̄s.
Et poſt pauca. Sic aūt ꝑdicaui euāgelium hoc:
nō vbi noīatus eſt xp̄s: a pſeudo ſcʒ ꝓphetis vel
aplīs: ne ſuꝑ alienū fundamētū edificarē. Non
predicauit apoſtolus in locis: vbi prius annun
ciatus eſt xp̄s per pſeudo aplīos: ne ſuper errore
ab eis ſeminato: qui difficulter eradicaꝶ: quaſi
ſuꝑ alieno fundamēto edificaret: ⁊ ideo preue-
nit eos: ⁊ his ꝑdicauit quibus prius nihil annū
ciatū erat de xp̄o: vt i talibꝰ ſolidū poneret fidei
fundamentū. ¶ E Ex quibꝰ ptʒ ꝙ nō petrus ſʒ
petra in euāgelio xp̄i deſignaꝶ: cū dixit xp̄s. Su-
per hanc pe. edi. ec. meā. Et hic aperte dicit que
dā glo. ibidē exponēs. Super hāc petrā. i. ſuper
hunc xp̄m in quē credis: quem vnicū voluit eſſe
deus ſue eccleſie fundamētū: aplōꝝ v̄o neminē:
vn̄ addit. Tu es petrus a me petra: vt mihi fun-
damenti retineā dignitatem. Ad ideʒ augu. ſuꝑ Auguſtinꝰ
Jo. Ecclīa in hoc ſclō diuerſis tētatiōibus velut
imbribus

imbribus fluminibꝰ ⁊ tẽpeſtatibꝰ quatif:ſed non
cadit:q2 fundata eſt ſupra firmã petrã:vñ petrus
nomen accepit. Nõ em̃ a petro petra:ſed a petra
petrus:ſic nec xp̃s a xp̃iano:ſꝫ xp̃ianus a xp̃o vo-
catur:ideo quippe ait dñs. Super hãc pe.edi.ec.
meã:q2 dixerat petrus. Tu es xp̃s filius dei viui:
ſup hanc petrã quã ꝯfeſſus es edi.ec.meã. Petra
autem erat xp̃s. Idẽ in lib.retrac.ait. Dixi in quo
dã loco de apl̃o petro:ꝙ in illo/ tanꝗ̃ in petra edi
ficata ſit eccleſia. Sed ſcio me ſic poſtea ſepius ex
poſuiſſe qꝺ a dño dictũ eſt. Tu es petrus: ⁊ ſuper
hãc pe.edi.ec. meã: vt ſup hũc intelligeref quem
confeſſus eſt petrus di. Tu es xp̃s filius dei viui.
Et poſt pauca. Non em̃ dictũ eſt illi:tu es petra:
ſed tu es petrus. Petra aũt erat xp̃s: quẽ ꝯfeſſus
eſt ſimon. Hec petra xp̃s eſt lapis ille viuus ⁊ an
j.Pe.ij. gularis:de quo petrus dixit. Ad quẽ accedẽtes la
pidẽ viuũ ab hoibus quidẽ reprobatũ:a deo au-
tẽ electũ ⁊ honorificatũ: ⁊ ipſi tanꝗ̃ lapides viui
ſuperedificamini domos ſpũales in ſacerdotiuꝫ
ſanctuꝫ offerentes ſpũales hoſtias acceptabiles
deo per ieſum xp̃m. Et ſubdit. Propter qꝺ conti-
net ſcriptura. Ecce ponã in ſion.glo.i. eccl̃iam ꝑ
ſion figuratã:lapidẽ angularẽ: ſummũ ꝓbatum:
electũ:precioſum: ⁊ qui crediderit in eũ nõ ꝯfun-
Ad rom̃.ix. detur. Idẽ habef ad Rom̃.ix. Per q̃ verba ambo
illi romani apl̃i petrus ⁊ paulus probant xp̃m ex
ſcriptura lapidem eſſe ⁊ petrã fundamentalẽ: de
Eph.ij. quo ⁊ apl̃s alio loco dicit. Iam nõ eſtis hoſpites
⁊ aduene:ſed eſtis ciues ſctõꝝ ⁊ domeſtici dei:ſu-
peredificati ſuper fundamentũ apl̃oꝝ ⁊ prophe-
tarum ipſo ſummo lapide angulari ieſu xp̃o:in q̃
omnis edificatio creſcit in tẽplũ ſanctum in dño.
Remigius. Super quo dicit Remigius. Fundamentũ apl̃oꝝ
⁊ prophetarũ,oimqꝫ chriſtus eſt:qui in fide illius
ſtabiliti ⁊ fundati:⁊ infra. Ois em̃ qui fidem chri
ſti habet:ſup ip̃m fundatꝰ eſt ipſo ſummo lapide
angulari chriſto. Et concludit qꝺ facit pro intel-
lectu oim que dicta ſunt: qm̃ chriſtus eſt funda-
mentũ ⁊ lapis angularis ſummꝰ: q2 ab ipſo inci-
pit fides:⁊ in ipſo:⁊ ab ipſo perficif atqꝫ ꝯpletur:
ideo oẽs electi in ipſo ſunt fundati:ꝯiũcti ⁊ adu-
nati:⁊ propter hoc ipſe eſt lapis de q̃ dicit ꝓph̃a.
Quẽ reprobauerunt edificãtes qui factꝰ eſt in ca
put anguli:qui facit vtraqꝫ vnũ:⁊ ꝯcluſit iudeos
⁊ gẽtiles i vnã eccl̃iam tanꝗ̃ duos parietes ſicut
lapis iſte in tẽplo ſalomonis ab edificantibus re
iectus:qui poſtea ſedit in ſummitate edificij:i an
gulo duos parietes ꝯiungẽs:per quẽ chriſtꝰ eſt fi
guratus. ¶ f Ex quibus ꝯcluditur: ꝙ chriſtꝰ eſt
fundamentũ ꝑncipale ⁊ radicale:⁊ primũ: ſuper
qꝺ fundata eſt eccl̃ia:q2 ab eo fides incipit:in eo
ſtabilif. Et ꝑter ipſum nulla firmitas: ſtabilitas
nulla:nulla ſoliditas inueniri põt:que ſpũale poſ-
ſet edificiũ ſupportare:q2 nõ eſt datũ aliud nomẽ
hominibus:in quo oportet ſaluos fieri: ꝗ̃ nomẽ
chriſti. ¶ Apoſtoli vero ſunt fundamenta fidei ⁊
eccl̃ie ſecũdaria ⁊ minus principalia: fundati in
fundamento primo: qm̃ ipſi fidẽ ꝑ operoſam pre
dicationẽ dilatauerũt:cõfitẽtes chriſtũ corã regi
bus ⁊ ꝑncipibus ⁊ omni ppl̃o:minas iudicũ: ter
roreſqꝫ tyrannoꝝ vſqꝫ ad ſanguis proprij effuſio-
nẽ magna cõſtantia ꝯtẽnẽtes. Unde dixit petrus
minãtibus iudeis ⁊ prohibẽtibus apl̃is ne oino
loq̃rentur:aut docerẽt in noie ieſu. Si iuſtũ eſt in
cõſpectu dei vos potiꝰ audire ꝗ̃ deum: iudicate.
Non em̃ poſſumus que vidimus ⁊ audiuimꝰ nõ
Actuũ.iiij. loqui. Actuũ.iiij. Et paulus multo magis conua
leſcebat ⁊ confundebat iudeos: affirmãs qm̃ hic
Actuum.ix eſt chriſtus. Actuum ix. Et oms apl̃i vnanimiter
leuauerũt voces ſuas ad deũ orãtes. Dñe reſpi-
ce in minas eoꝝ:⁊ da ſeruis tuis cũ omni fiducia
loqui verbum tuũ in eo ꝙ manũ tuã extẽdas ad
ſanitates ⁊ ſigna ⁊ prodigia fieri per nomen ſan-
cti filij tui ieſu. Et ſequitur. Et repleti ſũt omnes
ſpũſctõ:⁊ loq̃bantur verbũ dei cũ fiducia. Et vir-
tute magna reddebãt apl̃i teſtimonium reſurre-
ctiõis dñi noſtri ieſu chriſti:⁊ gr̃a magna erat in
oibus illis. Actuũ.iiij. Et quidẽ ibãt gaudẽtes a
conſpectu concilij:qm̃ digni habiti ſunt pro noie
chriſti contumeliã pati. Actuuꝫ.v. ¶ G Quia er
go ad ipſoꝝ predicationeꝫ augebaf credentiũ in
dño viroꝝ ⁊ mulierũ multitudo: ita vt in plateis
eijcerent infirmos:⁊ ponerent in lectulis ac gra-
batis:vt veniente petro:ſaltẽ vmbra illius obum
braret quẽpiã illoꝝ ⁊ ſanarenf ab infirmitatibꝰ
ſuis. Act.v. Ipſi dicũtur fundamẽta eccl̃ie ſecun
daria:q2 fidẽ chriſti in cordibus multoꝝ plãtaue
rũt:que eſt verũ ſpũalis edificij fundamentũ: ad
Heb.xi. Fides eſt ſubſtãtia reꝝ ſperandaꝝ. Sub- Ad heb.xi.
ſtantia.i.fundamentũ:⁊ cauſa oim bonoꝝ ſperã-
dorũ:faciẽs ea ſubſiſtere in nobis:vt dicit glo. et
in ca.glorioſus.de reli. ⁊ vene.ſctõꝝ.lib.vi.dicitur
de apoſtolis. Glorioſiſſimos chriſtiane fidei princi
pes:athletas dei electos:iuſtos ſeculi iudices ve
ra mũdi lumina: chriſti redẽptoris apl̃os nume-
ro duodenario contentos:qui viuentes in carne
predictã eccl̃iam ſuo ſanguine plãtauerũt ipſam
erigendo ſublimiter:⁊ diſciplinis ſctiſſimis diri-
gendo. Sunt ergo apl̃i fundamẽta eccl̃ie fundan
tes eccl̃iam nõ ſuper ſe:ſed ſupra chriſtũ primum
verũ ⁊ vnicũ principale fundamentũ:non em̃ ad
ſe:ſed ad chriſtũ vocabãt ppl̃m. Sunt fundamen
ta fundata ſuper chriſtũ:⁊ fundantia ſuper chri-
ſtũ. Chriſtus ṽo fundamentũ fundãs non funda
tum:⁊ ideo fundamentũ fundamẽtoꝝ. Et hoc eſt
qꝺ dicit btũs Aug.ſuper ꝑs.lxxxvi. Quemadmo Auguſtinꝰ.
dũ apte dicitur:chriſtus eſt ſctũſſctõꝝ: ita figura
te dicitur fundamentuꝫ fundamẽtoꝝ. Si ergo ſa
cra cogitas:chriſtus eſt ſanctuſſctõꝝ:ſi gregẽ ſub
di cogitas:chriſtus eſt paſtor paſtorum: ſi fabri-
cam cogitas chriſtus eſt fundamẽtum fundamẽ
torum: q2 ergo apl̃is non conuenit ratio funda-
mẽti principaliter ⁊ primarie:ideo quandoqꝫ ab
eis negatur: ꝙ ſint eccleſie fundamenta ſm mo-
dum ſcripture:q̃ ſepe ea negat ab eis:que nõ ꝑn-
cipaliter cõueniũt illis:lꝫ cõueniant ſecundario:
ſic enim. Nemo bonus:niſi ſolus deus. Et de ba Lu.xviij.
ptiſta dñi dr̃ Ioã.i. Nõ erat ille lux. Et tñ de apo Ioan.i.
ſtolis:quibꝰ minor nõ erat ioãnes: dicitur. Uos
eſtis lux mundi. Mat.v. Et rurſum de ioanne. Il
le erat lucerna ardens ⁊ lucens. Ioã.v. ¶ H Ita-
qꝫ ſcripture que ſonant ꝙ ſolus chriſtus funda-
mentum ſit:⁊ ꝙ ſibi ſoli fundamenti dignitatem
retinuit: intelligi debent principaliter cum quo
ſtat ꝙ apl̃i ſint fundamenta ſecundaria: ſicut in
fundamẽto corꝑalis edificij petra ponitur ſupra
petrã:vna tñ eſt oim fundamentũ omnia ſuppor
tans:ita apl̃i ſunt fundamẽta ſuper xp̃m oia ſup
portantem fundata:⁊ inter apoſtolos petrus ꝓ-
pter fidei ſue ſoliditatẽ ⁊ cõſtantiam qñqꝫ petra
dr̃:⁊ pre ceteris apl̃is eccleſie fundamentum: vñ
bea. Amb.in homel.lib.i.nomẽ petrus ſibi attri-
buens:ait. Fidelior factus eſt petrus poſtꝗ̃ fideꝫ
perdidiſſe defleuit: atqꝫ ideo maiorem gratiam
repperit ꝗ̃ amiſit: tanꝗ̃ em̃ bonꝰ paſtor tuendũ
gregem accepit: vt qui ſibi ante infirmus fuerat
fieret firmamentũ oibꝰ:⁊ q̃ ſe interrogatiõis ten-
tatione mutauerat:ceteros fidei ſtabilitate fun-
daret. Deniqꝫ propter ſoliditatem deuotiõis ec- Petrus nõ
cleſiaruꝫ petra dicitur:ſicut ait dñs. Tu es petrꝰ nũꝗ̃ petra
⁊ ſuper hãc petrã edificabo eccl̃iam meã. Et ſub- dicitur.

dit Amb. Petra dicit eo ꝙ primus in nationibꝰ
fundamenta poſuerit: ⁊ tanq̄ ſaxū immobile: ſcꝫ
a finali conſtantia: totius corporis chriſtianitatꝭ
compagē molēqꝫ ꝯtineat: vt habet diſt. l. fidelior.
Hinc ⁊ ſepe in cōſueto ſermone nauicula Petri
eccleſia dicit: et fides ecclie fides petri: hoc eſt fi-
des quā petrus predicauit et docuit. Et propter
eandem rationē dicitur fides aplica: qꝛ ꝑ aplos
per iuſſionē Chriſti promulgata: qui huius fidei
autor eſt: magiſter ⁊ inſpirator. Pro omnibꝰ hu-
ius fidei profeſſoribus orans ⁊ ſacrificans ſacer-
dos dicit. Et oībus orthodoxis catholice ⁊ apo-
ſtolice fidei cultoribus.

¶ Lectio. xxv. A



E:
mēto do
mine fa-
mulorū
famula-
rūqꝫ tua
rū. N. ⁊
N. Hec
eſt quar
ta ps ſe-
cūde ptꝫ
ꝑncipa-
lis: i qua
poſtq̄ ſa
cerdos
orauit ꝓ
oībus recte credētibus fraternalr: in hac parti-
cula orat ꝓ quibuſdam ſpecialibus ſingulariter.
Et diuidit i tres partes ſecundum Alber. in qua-
rū prima tangit pro quibus ⁊ qualibus orat. In
ſcđa quid pro eis a deo deſideratur: ibi. Pro ſpe
ſalutis. In tertia quid ad exaudiendū allegatur:
ibi. Tibiqꝫ. ¶ Circa primum dicit. Memēto dn̄e.
Queſtio. Circa qđ verbū ſtatī orit queſtio. Cū nihil igno
ret dei ſapiētia: nec alicuius valet obliuiſci: quid
eſt qđ poſtulat ſacerdos: vt quorundā memoret?
Reſpōſio ad ¶ Ad qđ rn̄det: ꝙ ſacerdos hec dicēs nequaq̄ in
queſtionē. tēdit vt deū ad oblitoꝝ rememorationē excitet: ſi
cut nec petit ⁊ orat vt que neceſſaria nobis ſunt:
deū inſtruat: aut quemadmodum nobis miſerea
tur: doceat et inclinet. Nō em̄ obliuiſci pōt deus
ſicut nec ignorare: nos quidē multoꝝ que noui-
mus obliuiſcimur: ad q̄ iteꝝ cognoſcenda ꝑ ſpēs
vel habitus poſt actualē cognitionē derelictas
vel derelictos: nūc locutione: nūc viſione: nūc ali
cuius ſilis occurrētꝭ ꝯſideratiōe: nūc doctrinaꝝ
collatiōe aliiſqꝫ modis q̄ plurimis excitatas vel
excitatos in recordationem reducimur oblitoꝝ.
Nō ſic omniſciēs ⁊ a fine ad finē attingēs dei ſa-
piētia. Cuius oculis nuda ſūt oīa ⁊ aperta. Heb.
ad Heb. iiij iiij. In qua nō eſt cognitiuorū actuū viciſſitudo:
qm̄ apud eū nec eſt trāſmutatio nec viciſſitudis
Jacobi. j. obūbratio. Jaco. j. Ego inq̄t ſum deus ⁊ non mu-
Malac. iij. tor. Malach. iij. Nā vnico itelligēdi actu immu-
tabili ⁊ eterno qui eſt immēſa eiꝰ eſſentia: cūcta
nouit: ꝑſentia: ꝑterita ⁊ futura ⁊ poſſibilia: q̄ oīa
⁊ ſingula ſue notioni eternalr ſunt preſentia. Vn̄
Boetius Boe. v. de ꝯſola. me. ij. Huic ſcꝫ deo ex alto cūcta
tuenti nulla terre moles reſiſtunt. Nō nox atris
nubibus obſtat: que ſint que fuerint veniāt que
nō mentis cernit in ictu: quē qꝛ reſpicit omnia ſo
lus: verū poſſis dicere ſolē. Et proſa vlti. Eſt deo
ſemꝑ eternus ac ꝑſentarius ſtatus. Sciētia quo
qꝫ eius oēm temporis ſupergreſſa motionē: i ſue
manet ſimplicitate ꝑſentie: infinitaqꝫ ꝑteriti ac
futuri ſpacia ꝯplectēs: oīa quaſi iā gerant in ſua

ſimplici ꝯſiderat cognitione. Hec Boe. Conſo-
nat illđ Salo. Prouer. xv. In omni loco oculi dn̄i Prouer. x
ꝯtemplant bonos ⁊ malos. Et ſequit. Infernus ⁊
ꝑditio corā dn̄o: quāto magis corda filioꝝ hoīm
Hiere. xxiij. E vicino ego ſum dicit dn̄s: non de Hie. xxiij.
longe deus oīa cognoſco. ¶ B Que ergo in no-
bis eſt obliuio ꝑ paſſionē ⁊ cognitionis mutatio
nē: deo attribuimꝰ per effectū ſm̄ Alber. Deus di ij. Tim. ij.
citur ſcire quos approbat. Aplus. Cognouit dn̄s
qui ſunt eius. Et dr̄ neſcire quos reprobat. Mat. Ezech. xv
vij. Nunq̄ noui vos. Rurſus dr̄ obliuiſci malorū
cū malus ad bonū cōuertit: vn̄ Si impius egerit
pn̄iam oīm iniquitatū eius nō recordabor. Et dr̄
obliuiſci bonoꝝ: cum bonus ad mala ꝑuertit: vn̄
ibidē. Si iuſtus a ſua iuſtitia ſe auerterit omnes
iuſticias eiꝰ nō recordabor. Deus ergo quādoqꝫ Job. vij.
recordatur ad miſerandū: ſm̄ illud Job. vij. Me-
mento mei deus: qꝛ ventus eſt vita mea. Quan-
doqꝫ recordatur ad puniendum: vn̄ ꝑs. Memor
eſto domine filiorū edom: in die hieruſalē. Cum
ergo petitur vt aliquorum meminerit: petitur vt
illorum miſereatur: ſm̄ illud. Reminiſcere miſera
tionum tuarum dn̄e: ⁊ miſericordiarū tuaꝝ que
a ſeculo ſunt. Et ꝙ eos gr̄a ſua viſitet qua mereā
tur: aut ꝙ bona eterna vel temporalia cōferat ꝓ-
pter precedētia merita. Sic orauit Ezechias rex Eſa. xxx
iuda: vt habetur Eſa. xxxviij. Obſecro dn̄e: memē
to quō ambulauerī coram te in veritate ⁊ corde ꝑ
fecto: ⁊ quod bonū eſt in oculis tuis fecerim. Sic
⁊ orat propheta in ꝑs. Memēto nr̄i dn̄e in bn̄pla
cito populi tui. Viſita nos i ſalutari tuo. De hoc Auguſtinus
etiam beatus Auguſtinus lib. xj. confeſ. ſuarum
in principio ita ait. Nunquid domine cum tua
ſit eternitas ignoras que dico tibi: aut quid tem
pus vides: que fiunt in tempore? Cur ergo tibi tot
rerum narratione digero? Non vtiqꝫ: vt per me
noueris ea: ſed affectum meum excito in te: ⁊ eoꝝ
qui hoc legunt: vt dicamus omnes. Magnus do
minus ⁊ laudabilis nimis. Et ſequitur. Nam et
oramꝰ ⁊ tn̄ veritas ait. Nouit pater veſter q̄d vo
bis opus ſit priuſq̄ pietatis a deo. Affectū ergo
noſtrū patefacimus in te confitēdo miſerias no-
ſtras et miſericordias tuas ſuꝑ nos: liberes nos
vt deſinamus eſſe miſeri in nobis: et btificemur
in te. Hec Auguſt. ¶ C Hoc itaqꝫ modo orat ſa-
cerdos: dicens. Memento ſcilicet per gratie ap-
poſitionē: ⁊ pctōꝝ remiſſionē. Dn̄e qui diues es
in miſericordia: et omnis gr̄e locuples poſſeſſor: Sapien. x
cui ad ſaluandū cum volueris ſubeſt poſſe. Sa-
piētie. xij. Tu es dn̄e qui vite et mortis habes po
teſtatem: et deducis vſqꝫ ad portas mortis: et re-
ducis. Einſdem. xvi. Igitur memento. Famulorū
famularūqꝫ tuarum. Famulorum preponitur pro-
pter ſexus dignitatem: propter quā vir caput eſt
mulieris cui ſubiecta eſſe debet: ſcđm apoſtolū. j.
Coꝝ. xj. ⁊ j. ad Tim̄. ij. dicit autem non viri et mu-
lieris: ſed famulorum famularūqꝫ tuarū: ſcilicꝫ te
recte colentiū per catholicā fidem. Per quā ſe fa-
mulos deo ſubiectos recognoſcunt: eumqꝫ celi ⁊
terre dn̄m ꝯfitent. Pro talibꝰ orās ſacerdos: qđ
petit facilius poterit impetrare. Vnde cū Salo-
mon ſapientiam a ſede magnitudinis ſibi mitti Sap. ix.
peteret: vt ſecū eſſet: ſecūqꝫ laboraret: per quam
⁊ ſciret quid acceptū eēt coram deo omni tēpore:
ſtatim poſt petitionē famulatus ſui memoratur:
dicēs. Da mihi dn̄e ſediū tuarū aſſiſtricem ſapiē
tiā: ⁊ noli me reprobare a pueris tuis: qm̄ ſeruus
tuus ſum ego: et filius ancille tue. i. eccleſie: q̄ me
genuit per verā fidē ad tua obſequia. Et prophe
ta orans pro anime ſue ſalute: ⁊ ſua ab inimicis
liberatione: ſui famulatus meminit dicens. Edu
ces de tribulatione

ces de tribulatione animã meam:⁊ in mĩa tua di
ſperdes oẽs inimicos meos:⁊ perdes oẽs qui tri
bulãt animã meã:qm̃ ego ſeruus tuꝰ ſum. Et ite
rũ. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in ce-
lis. Ecce ſicut oculi ſeruo.in ma.do.ſuo. Et ſicut
ocu.an.in ma.dñe ſue:ita ocłi noſtri ad dñm deũ
noſtrũ donec miſereať noſtri. Nec fruſtra fundi
tur oratio pro famulis dei ⁊ miniſtris: qꝛ illis ꝓ-
miſit chriſtus ſuã aſſiſtentiã in celis. Uolo inqt
pater:vt vbi ego ſum:illic ſit ⁊ miniſter meus. Si
quis mihi miniſtrauerit honorificabit eũ pater
Joan.xij. meus qui in celis eſt.Jo.xij. Orat ergo pro famu
lis ⁊ famulabus:qꝛ famulatus ⁊ humilis ſeruitꝰ
deprecati animũ ad cõceſſionẽ petitoꝝ aſſolet in
clinare. ¶ D Et hic locus eſt vbi congruit ꝙ ſa-
cerdos ꝓ his pro quibꝰ vult ſpecialiter oret: qđ
nota copulationis innuit ſm̃ Alex. poſita cũ di-
ciť. famuloꝝ famularũqꝫ tuaꝝ. Et omniũ circũ-
ſtantiũ. Et em̃ nõ ſolet copulare partẽ cõtentam
toti cõtinẽti:quod autem diciť famuloꝝ famula
rũqꝫ tuaꝝ cõtinet:qꝛ omniũ fideliũ eccleſiam im
portat:qđ cõiungiť omniũ circũſtãtiũ contineť:
qꝛ partẽ eccleſie repreſentat. Pars autẽ cõtineť
a toto:ideo vt apta ſit copulatio famuloꝝ famu-
larũqꝫ tuaꝝ:ſpecificari dꝫ per certos: ꝓ quibꝰ ſa
cerdos ſpecialiter ſacrificat:⁊ ſic nõ erit totũ cõ-
tinens cui apte copulať:⁊ omniũ circũſtantiũ q̇
nõ ſunt partes horũ famuloꝝ famularũqꝫ tuaꝝ.
Innocen. Ideo poniť in codicibꝰ. N.⁊.N.⁊ in nõnullis ru
brica inſeriť. Hic fac memoriã viuorũ:vñ Inno.
Ex hac verboꝝ forma cũ eo qđ ſequiť: ⁊ oĩm cir-
cunſtantiũ:manifeſte conuinciť ꝙ hic quidẽ ſit
locus vbi ſacerdos ſpecialiter illos ꝓ quibꝰ ora-
re voluerit dꝫ nominare. Debet tamẽ nomina vi
noꝝ dũtaxat recenſere:qm̃ in ſequentibus locus
occurrit vbi defunctorũ erit memoria ſpecialis.
¶ Poteſt autẽ celebrãs viuoꝝ nomina vocaliter
exprimere:aut ſolũ cogitãdo mẽte recitare ꝓ qui
bus voluerit ſpecialiter orare:eiſqꝫ altaris ſacri
ficiũ particulariter applicare. Non enim de hoc
preceptũ eccleſie inueniť:ſed poteſt celebrãs pro
ſua deuotione:⁊ loci vbi celebrat conſuetudine:
perſonas quibus ſacrificiũ ſpecialiter applicat
vel vocaliter exprimere: ſecrete tamẽ ſicut cetera
canonis verba:vel dũtaxat mentaliter cogitare.
¶ E Et ꝗꝗ nõ egeat deus intẽtione noſtra vel
oratione particulari ſicut nec alijs bonis nr̃is vt
alijs quibuſcunqꝫ benefaciat:vt dicit Gerſon in
Gerſon. de ſolicitudine eccleſiaſtica.pſo.particula.xxxvj.
nihilominus vult quedã ſm̃ ordinẽ ſue ſapiẽtie
dare ⁊ cõferre:dũ ad ipſuꝫ ſpecialiter dirigimus
orationes noſtras:qualia nõ eſſet daturus ſine
illis:vt nõ ſint vacua ⁊ inania ſue ſapientie ope-
ra. Sic ⁊ deus noſcit merita intẽtionis: et corda
cõferentiũ bona tꝑalia ⁊ eleemoſynas ꝓ augmẽ
tatione cultus diuini:⁊ tamẽ dat aliqua bona cõ-
ferẽtibus:dũ fiunt ſuffragia poſtmoduꝫ ꝓ illis q̄
et qualia nõ daret ſi dimitterenť nec fierent. Pa
tet in illis qui in ſuis teſtamẽtis:aut aliũde con
ſtituũt aliquid reſtitui vel pauperibꝰ dari:qui li-
cet ſic dãdo poſſunt mereri:nõ tamẽ proficit eis
tantũdẽ hec volũtas nõ ſequẽte effectu: ſicut ſe-
quente:qm̃ in caſu maneret iſte ordinãs adhuc
ad reſtitutionẽ poſtea obligatus. Hec Gerſon.
Quod merito attendat quidã remiſſi teſtamen-
toꝝ executores:vt fideliter iuxta teſtantiuꝫ pias
voluntates ſingula ſtudeant exequi et implere.
Quodqꝫ debitoribꝰ debita non minuãt: vt inde
eleemoſynas faciant largiores. Attendere debẽt
hoc teſtatores:vt nõ deſidibus: torpẽtibus: aut
alˀs minus timoratis executiones ſuarũ ſtudeãt

Executores teſtamẽtorũ ſingula debẽt implere iuxta teſtantium pias voluntates.

cõmittere voluntatũ:nec per executionis negli-
gentiã:dũ nõ fiunt que ordinarũt:ſuffragijs ⁊ do
nis priueť que deus cõferret ad inſtãtiã oratio
nuni eleemoſynarũ ⁊ ceteroꝝ ſi fierẽt ordinatoꝝ.
Nõ diſſimiliter fit in miſſa ſi ſacerdos celebrãs
his vel iſtis ſpecialiter virtutẽ ſacrificij non ap-
plicat non largitur deus bonũ:vel remittit eiſdẽ
penas peccatoꝝ:qđ largiretur ⁊ faceret ad appli
cationẽ ſacerdotis ſpecialẽ. ¶ F Debet ergo ſa-
cerdos ſi quoſdã ſpecialiter per ſuã celebrationẽ
adiuuare voluerit:ſpecialiter pro eis orationem
ad deum dirigere:⁊ eis virtutem ſacrificij ſpecia
liter applicare. Neqꝫ enim gratis et ſuperuacue
ordinauit eccleſia:que ſpiritum ſpõſi ſui habet:
vt per memento vnum:in certo canonis loco pro
aliquibus viuis ſpecialiter. Et per memento ſe-
cundum in alio canonis loco pro quibuſdam de
functis particulariter memoria haberetur. Nec
fruſtra et inutiliter fideles miſſas pro ſe ſpeciali
ter dici procurant:inſtituentes beneficia:dotan
tes eccleſias et altaria:volentes eos qui ſua reci
piũt ſtipendia ad orandũ pro ſe ſpecialiter obli-
gare:conditiones et limitationes certas ad hoc
ipſum vtiles explicantes:qđ expedite docet pre-
fatus doc.in alleg.tractatu partic.xvj.⁊.xx.⁊ per-
ſonis recipientibus perſonis cõferentibus etiã
affinibus et cognatis. Attende ait et videbis ex-
pediens eſſe perſone recipienti temporalia: ꝙ li-
mitetur ad certa ſuffragia quibus reddatur ani
mus eius magis ſollicitus debitum ſoluere et in
tentionem ſuam in deũ dirigere:quatenus ꝑter-
ea maneat eius conſcientia ſecurior quo poterit
cognoſcere ꝙ obligatione ſoluta quietꝰ manet.
Nec paruipendende ſunt (ait) ille due rationes
quibus addiť tertia. Conſtat nãqꝫ apud deũ qui
nouit omnia:qui ⁊ dicit. Ego deus ⁊ non mutor:
nihil neceſſitatis eſſe aperire noſtras intentio-
nes ⁊ affectus exponere. Hoc aũt requiritur pro
pter nos orãtes:vt exhibeamꝰ nos tales nobiſ-
ipſis:qualẽ cupimus deum eſſe nobis:pios/ami
cos/ſedulos/compatiẽtes: ⁊ ita de reliquis affe
ctibus. Sed quis neſciat ꝙ orãs plus mouetur ⁊
afficitur in ſeipſo dũ ad particularia reſpicit: dũ
benefactoꝝ munera:dũ intentiones: dũ neceſſi-
tates cõſiderat:ꝗ in quadã vniuerſalitate et ge-
neralitate ſe tenẽdo:ſiquidẽ particularia magis
mouent. Hoc quoad ſacerdotes ab alijs benefi-
cia recipiẽtes. ¶ G De alijs ſubdit. Uidebꝫ rur-
ſus particula.xxj.circa perſonã conferentẽ tem-
poralia expediens eſſe frequenter ⁊ neceſſarium
aliquãdo ſuffragia limitare. Primo ſi ad illa ſuf- Attende de ſuffragijs.
fragia procuranda tenetur ex voto ꝓprio: vel ex
ſacerdotis iniuncta penitentia: vel ex alterius ſa-
cramento legato vel mandato. Certũ eſt proinde
ſuffragia eccleſie vel ſingularis perſone non tan
tum valere pro mille aut omnibus:quantum vni
proſunt:ſi pro vno tantũ fiant. De quo infra lec.
xxvij.videbiť. Addit pro tertio particu.xxij. Uide
bis deniqꝫ circa perſonas affines vel attinentes
perſone beneficiũ conferẽtis referre ꝗ plurimũ
ſi viderint ⁊ ſenſerint per ſucceſſionẽ temporũ et
generationẽ ꝙ talis parens eoꝝ:vel affinis tan-
te fuit pie ſolicitudinis:vt pro ſe et ſuis talia fie-
ri conſtituerit pietatis officia. Nonne mouetur
et commouetur perinde preces cũ gratiaꝝ actio
ne ⁊ laudibus ad deum referre. Nonne probabi
le eſt eoſdem animandos fore:vt quemadmodũ
ille fecit:et ipſi faciant. ¶ Ex quibus ſatis dedu-
citur proficuum eſſe et vtile tam celebrantibꝰ: ꝗ
ſua conferentibus: ꝗ etiam ceteris fidelibꝰ par-
ticularem et ſpecialem miſſe ⁊ orationẽ ac ſuffra

gioꝛum ceteroꝛum applicationem eſſe:quã vſus
eccleſie habet. Cui ſi quis detrahit ſe imprudẽ-
ter decipit. Nec ſobrie: ſed plus ſapit ꝙ̃ opoꝛtet
contra doctrinam apl̃i ad Rom̃.xij. ¶ Sed circa
hanc materiã latius declarandã quedam moue
bo dubia:vt hoꝝ ſolutione clarius pateat cuius
ſit ſacrificiũ applicare huic vel illi: queadmodũ
fieri debeat:ne celebꝛans ⁊ pia vota fideliũ ſuſci
piens:vel ſeipſum vel ſibi cõmiſſos:vel eccleſiaꝫ
cuius miniſter eſt:contingat in ſacroſancto tan
ti ſacrificij miniſterio defraudare.

¶ Lectio.xxvi. A.

INter hec
dubia aut queſtiũcu
las pꝛima ⁊ ſecunda
reſpiciũt ſacerdoteꝫ
celebꝛantem. Tertia
miſſam ꝓ ſe vel ſuis
ſpecialiter oꝛdinan-
tem. Quarta vtrũqꝫ
celebꝛantẽ ſcꝫ ⁊ eum
pꝛo quo celebꝛatur.
Quinta reſpicit mo-
dum quo applicatio congrue oꝛdinatur. ¶ Eſt
ergo queſtio pꝛima vtrum applicatio fructus et
virtutis ſacrificij ſubſit celebꝛantis poteſtati.
¶ Secũda vtrum applicationem virtutis ſacri-
ficij impediat malicia vel ſuſpenſio celebꝛantis
miniſtri. ¶ Tertia queſtio quomodo fideli liceat
pꝛo ſe vel aliquibus celebꝛari miſſam ſpecialiter
oꝛdinare:cum teneatur omnes fideles equaliter
ſibi diligere. ¶ Quarta quomodo dantes et reci
pientes tempoꝛalia vt ſpiritualia rependantur:
a pꝛauitate ſimoniaca excuſent. ¶ Quinta erit
de ſeruando oꝛdine in virtutis ſacrificij applica
tione. ¶ B Ad pꝛimam queſtionem reſpondet
per hanc concluſionem affirmatiue. Sacerdos
offerens ſacrificium in perſona eccleſie:põt eius
fructum et virtutem alicui vel aliquibus ſpecia-
liter applicare. Hec concluſio declaratur:quia li
cet ſacerdos oꝛganum ſit ⁊ miniſter eccl̃ie:vt in-
fra dꝛ in ſolutione ſcd̃e queſtionis:per quod deꝰ
ꝑces eccleſie admittit:⁊ grãrũ dona his pꝛo qui-
bus eccleſia per ſacerdotẽ oꝛat:influit: qꝛ tñ deo
dicatus eſt:ſanctificatus ⁊ cõſecratus ac diuino
cultui ſpecialiter mancipatus:ſupꝛemũqꝫ gradũ
in eccl̃iaſtica policia tenet rõne oꝛdinis ſacerdo
talis. Ideo vltra hoc ꝙ eius eſt ſacrificiũ offerre:
etiã ipſius eſt virtutẽ ſacrificij et oblationis de-
terminare:vt illis vel illis indigentibꝰ pꝛemium
reddendũ pꝛo hm̃oi eccleſie ſacrificio conferat.
Guillel. Uñ dicit Guil̃.in tractatu de ſacramẽtis in par-
te de ſacramẽto oꝛdinis. Si neceſſe fuit pꝛo cau-
ſis tẽpoꝛalibus aduocatos habere iuriſqꝫ ſecula
ris peritos:qui eas agerẽt coꝛã iudice pꝛo reis ⁊
oppꝛeſſis ſimplicibus ⁊ indoctis: quãto ampliꝰ
cõſulendũ fuit imperitie et cõitati ſimplicitatis
hominuꝫ in cauſis animarum ſuarum: cum ipſi
eas vel neſcirent vel nequirent officioꝝ et artifi-
cioꝛũ occupationibus pꝛepediti: vt inſtituerent
ad hoc miniſtri et aduocati: quatenus cauſam
iſtoꝛum agerent coꝛam iudice viuoꝛum et moꝛ-
tuoꝛum. ¶ Eſt auteꝫ ſecularis aduocati officiũ:
indigentiam partis pꝛo qua aduocat: coꝛam iu-
dice allegare:et iudicis animum ad miſerãdum
inducere ac inclinare. Ita erit et in politia eccle-
ſiaſtica:vt ſacerdos gradum eminentem in ea te
nẽs: patrociniũ illi ſpecialiter applicet pꝛo quo
aduocationis officio fungitur celebꝛando. Ad
Scotus. hoc inducit doctoꝛ ſubtilis cõgruẽtiã in quotli.
q.xx.vbi tractat materiam hanc diffuſe: dicens.
Ubi in domo aliq̃ rite oꝛdinata eſt bonuꝫ quod-
dam diſtribuendũ diuerſis ſm̃ eoꝛum exigentiã
vel indigentiã:rationabile eſt ꝙ dñs domus nõ
immediate ſingulis diſtribuat:ſed talis diſtribu
tio alicui vel aliquibus certis miniſtris commit
tat. Ita ait:videmus regulariter in familijs oꝛdi
natis. Eque igitur vel magis ita eſſe debet in do
mo dei que eſt eccleſia:ꝙ bonũ in virtute ſacrifi-
cij communicandũ nõ ſolus deus diſtribuat:ſed
aliquis miniſter in eccleſia. Nulli autẽ hoc ma-
gis conuenire poteſt in eccleſia:ꝙ̃ ſacerdoti offe
renti ſacrificiuꝫ: cui ſicut conuenit determinare
intentionẽ ſuã pꝛo quibus ſpecialiter offerat:ſic
ſibi conuenit diſpoſitiue determinare cui virtu-
te ſacrificij bonum quod impetratur reddatur.
¶ C Et ſi q̃s diceret. Super bonũ quod non de-
betur alicui:non habet ius aſſignandi illud alij. Obiectio.
Bonũ autẽ qd̃ debet virtute ſacrificij:non debe
tur ſacerdoti vt celebꝛanti: qm̃ ipſe duntaxat eſt
nũtius offerens petitionẽ eccleſie: et ita bonum
quod virtute ſacrificij debetur: nõ debetur ſibi:
eſſet em̃ eadem virtus ſacrificij ſi ipſe eſſet in pec
cato moꝛtali. ¶ Ad hoc dicendũ: ꝙ licet bonum Solutio.
reddendũ ratione ſacrificij nõ debeatur ſacerdo
ti pꝛo ſe:ſicut nec pꝛocedit ex ſuo merito perſona
li:debetur tamen eccleſie ſm̃ ſacerdotis diſtribu
tionẽ. Nã ipſe ex oꝛdine ſuo queꝫ tenet in eccl̃ia:
nũtius eſt ſponſe ad ſponſum:offerẽs petitioneꝫ
ſpecialiter ꝓ determinatis perſonis: ⁊ ita diſpo-
ſitiue determinãs eis id qd̃ reddit pꝛo talibꝰ pe-
titionibꝰ. Et ꝙ̃uis quilibet ſanctus et virtuoſus
in eccleſia poſſit pꝛo quolibet ſibi placito deum
exoꝛare:hoc tñ ex officio competit ſacerdoti: nõ
ceteris:ꝙ̃ꝙ̃ quibuſdam alijs ex alijs officijs alij
actus eccleſiaſtici cõueniãt:in quoꝛũ diuerſitate
officioꝝ eccl̃ie cõſtat pulchꝛitudo:vt beatꝰ Hie-
ro.ad damaſum papam:et habetur.x.q.i.quia ſa
cerdotes:ait. Quia ſacerdotes pꝛo omnibus ſo-
lent oꝛare quoꝝ elemoſynas et oblationes acci
piunt:qua frõte pꝛeſumunt laici oblationes q̃s
chꝛiſtiani pꝛo peccatis ſuis offerunt: vel ipſi co-
medere:vel alijs concedere:cum ipſi nõ debeant
ex officio ſuo pꝛo populo oꝛare. Et Alexander pa
pa.i.q.i.ipſi. Ipſi ſacerdotes ꝓ populo interpel-
lant:⁊ peccata populi comedunt: quia pꝛecibus
ſuis ea delent atqꝫ conſumunt. ¶ De actibus ve
ro eccleſiaſticoꝛum officioꝛum:et eoꝛum varieta
te dicit beatus Grego.lxxxix.diſtin.ſingula. Sin-
gula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſqꝫ
perſonis ſigillatim committi iubemꝰ. Sicut em̃
in vno coꝛpoꝛe multa membꝛa habemus:omnia
autem membꝛa non eundem actum habent. Ita
in eccleſie coꝛpoꝛe multa mẽbꝛa ſunt: ſm̃ veridi-
cam pauli ſententiã (.i.Coꝝ.xij.) In vno eodẽqꝫ
ſpirituali coꝛpoꝛe cõferendũ eſt hoc officiuꝫ vni:
alij cõmittendum eſt aliud. Neqꝫ em̃ quantũli-
bet exercitate vni perſone vno tempoꝛe duarum
rerum officia committẽda ſunt:quia ſi totũ coꝛ-
pus eſt oculus:vbi auditus. Et ſequitur ad pꝛo-
poſitũ. Sicut em̃ varietas membꝛoꝝ per diuerſa
officia:et robur coꝛpoꝛis ſeruat:⁊ pulchꝛitudinẽ
repꝛeſentat:ita varietas perſonaruꝫ per diuerſa
nihilominus diſtributa officia:⁊ foꝛtitudinem ⁊
venuſtatẽ ſancte eccleſie dei manifeſtat. Et ſicut
indecoꝛum eſt in coꝛpoꝛe humano vt alterum
membꝛum alterius fungatur officio:ita nimiruꝫ
noxiũ ſimulqꝫ turpiſſimũ eſt:ſi ſingula rerum mi
niſteria perſonis totidem non fuerint diſtribu-
ta. Et eadẽ diſtin.c.ad hoc.idem Grego.ait. Ad
hoc diſpenſationis pꝛouiſio gradus diuerſos et

oꝛdines cõſtituit eſſe diſtinctos: vt dum reueren
tiaꝫ minoꝛes potioꝛibus exhiberent: et potioꝛes
minoꝛibus dilectionem impenderent: vera con-
coꝛdia fieret ⁊ ex diuerſitate cõtextio: ⁊ recte offi-
cioꝛũ gereret administratio ſinguloꝛũ. Neqꝫ em̃
vniuerſitas alia poterit rõne ſubſiſtere niſi huiuſ
modi magnus eã differẽtie oꝛdo ſeruaret: quia ve
ro queqꝫ creatura in vna eadẽqꝫ qualitate guber
nari vel viuere non poteſt: celeſtium militiarum
exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli ſunt
archangeli: liquet: quia non ſunt equales: ſed in
poteſtate et oꝛdine ſicut noſtis differunt alter ab
altero. Hec ibi. ¶ D Secundum hoc ergo ſunt
in eccleſiaſtica hierarchia diuerſi ſtatus et oꝛdi-
nes: ſm quos chꝛiſti miniſteriuꝫ peragitur: eccle
ſia regitur: gratie ⁊ dona diſpenſantur. Unde ſi-
cut papa ratione ſupꝛemitatis poteſtateꝫ habet
diſpenſandi theſaurum eccleſie: conferendo nũc
pleniſſimam remiſſionem peccatoꝝ: nunc parteꝫ
tertiam penarum auferendo: nunc certi numeri
dierum vel annoꝛũ indulgentiam cõferendo: ſm
qđ viderit eccl'ie vnitati ⁊ populoꝛum deuotioni
expedire. Ceteri quoqꝫ ep̃i certos indulgentiarũ
dies cõcedunt. Immo ⁊ ſimplices ſacerdotes de
eodem theſauro per penitẽtie ſacꝛm indulgentiã
a penis largiunt: per applicationẽ theſauri eccle
ſie ad illas vel illas perſonas ſm cõceſſam pote-
ſtatem. Ita ⁊ in pꝛopoſito recipit quilibet ſacer-
dos poteſtatem ex ritu ⁊ inſtitutione eccleſie: vt
merita totius eccleſie illi vel illi poſſit applicare:
vt pꝛo ipſis illis aliqđ bonum cõferatur. Sic igi-
tur autoꝛitatẽ hꝫ ſacerdos diſpẽſandi merita ec-
cleſie ex oꝛdine nobili quẽ tenet i eccl'ia. ¶ E Ex
quo ſequitur qđ ſacerdos nõ tantũ eſt oꝛganum
⁊ inſtrumẽtũ: ⁊ per hoc nõ habẽs virtutẽ applicã
di actionẽ vel actionis effectũ: ſed eſt etiam mini
niſter ⁊ diſpẽſatoꝛ. Licet em̃ bonũ qđ impetratur
virtute ſacrificij: nõ impetretur v̇tute meriti per-
ſonalis ipſius ſacerdotis (nam quantum ad vir-
tutem ſacrificij: eſt inſtrumẽtum ⁊ mere inſtrumẽ
tum: q2 oꝛganum inanimatũ: licet ſit oꝛganum vi
uum quantũ ad meritũ perſonale in celebꝛando:
q2 ſic mereri eſt eius inquãtũ in ſe viuit vita gra-
tie) quãtũ tamẽ ad illud bonũ impetrãdũ qđ de-
betur virtute ſacrificij: quod eque pꝛoponit: etiã
ſi nõ viuat vita gratie: eſt oꝛganum pꝛeciſe oꝛdi-
nis. Illud em̃ bonũ impetratur virtute meriti ec-
cleſie: in cuiꝰ perſona ſit oblatio: ⁊ ob cuius gr̃am
oblatio acceptatur. Tñ q2 ratione oꝛdinis hꝫ gra
dum excellentie in eccleſia: pꝛopter hunc cõuenit
ſibi nõ modo offerre: ſed etiã oblationis virtutẽ
Dubium. determinare: vt ſm pꝛedicta nõ ſit tm̃ nuncius et
oꝛganũ: ſed ſimul etiã miniſter ⁊ diſpẽſatoꝛ. Hec
eſt ſententia Sco. vbi. ſ. ¶ F Sed diceres: poteſt
Rñſio ad dubium. ne ſacerdos qui miniſter eſt ⁊ diſpenſatoꝛ: pꝛo li-
bito ſuo diſtribuere bonũ miſſe virtute ſacrificij
debitum: ita ſcꝫ ꝙ hoc bonum ſpecialiter reddat
illi cui ipſe applicat ſpecialiter. Sunt qui dicunt
quod nõ: ſꝫ ad hoc qđ applicatio ſua habeat ef-
fectũ opoꝛtet qđ eam faciat ſm beneplacitũ dei:
qui ſolus eſt datoꝛ illius boni ſm ſuuꝫ pꝛopꝛium
beneplacitũ: ideo non datur illi cui ſacerdos ap-
plicat: niſi ſacerdos in applicando ſe confoꝛmet
datoꝛis voluntati. Sed hanc ſententiam Scotꝰ
loco quo ſupꝛa arti. ij. impꝛobat. Nam ille nullaꝫ
videtur habere autoꝛitatem applicandi vel aſſi-
gnandi aliqđ bonũ cuius applicatio nunꝗ̃ tene
bit: niſi fiat ſm voluntatẽ alterius: de qua appli-
cans regulariter habere nõ põt certitudinem de-
terminatam cui debet applicare. Sacerdos autẽ
regulariter non põt habere certitudinẽ determi-
natam de diuina voluntate: cui velit dare bonuꝫ
reddẽdũ virtute ſacrificij pꝛo miſſa: q2 hoc deus
in ſpeciali nõ reuelat. Nec etiam in ſcriptura de
hoc doctrina habetur: niſi multum remota ⁊ vni
uerſalis: que non ſufficit ad ſciendum voluntatẽ
diuinã in ſpeciali. Igitur ſi nunꝗ̃ applicatio fa-
cta per ſacerdotem in ſpeciali haberet effectum:
niſi eſſet facta cõfoꝛmiter diuino beneplacito: ſe-
quitur qđ nullam habebit ſacerdos autoꝛitatem
applicãdi virtutẽ ſui ſacrificij niſi multũ in vni-
uerſali. Neqꝫ eius applicatio pꝛoficua foꝛet: niſi
caſualiter vel per diuinum miraculũ: puta q2 ca-
ſu fieri poſſet qđ ſacrificiuꝫ applicaret illi cui ſm
dei iudiciũ eſſet applicandũ. Uel quod ſibi reue-
laretur per miraculum que eſſet dei voluntas in
hmõi applicatione. Similiter arguit Scotus in
materia de penitẽtia. lib. iiij. diſt. xviij. q. j. contra
eos q̇ dicunt ꝙ penitẽtiam cõdignã ſacerdos im
ponere tenet: ſcꝫ quã peccatoꝛ ſm dei iuſtitiã age
re tenetur: quã ſi ſacerdos imponendo non attin
git ſed minoꝛem: luet peccatoꝛ reſiduũ in purga-
toꝛio. Unde arguit Scotus. Nulli cõmittitur po
teſtas arbitrandi in cauſa aliqua: cuius arbitriũ Scotus.
nunꝗ̃ erit ratũ: niſi fiat ſm iudiciũ ⁊ beneplacitũ
partis: de quo tamen determinate ſcire nõ poteſt
arbiter. Sed beneplacitum dei quoad penitẽtiã
condignã ⁊ punctualem regulariter ſcire nõ po-
teſt ſacerdos: ergo ſm illud iudicium dei pũctua
liter iniungere penitentiã: ſacerdos non aſtringi
tur: modicũ em̃ eſſet arbitrium immo pene nulla
arbitrãdi poteſtas in ſacerdote: ſi ſemper ſm vo-
lũtatẽ alteriꝰ ptis arbitrari teneret: quã tñ volũ-
luntatem noſſe non poteſt. Sic etiam in pꝛopoſi
to. ¶ G Unde ad id qđ querebatur: an ſacerdos
pꝛo libito ſuo poſſit virtutem ſacrificij applicare
cui voluerit: eſt ſub diſtinctione reſpondendum.
Q̃ñqꝫ enim habetur certa doctrina vel obligatio
ſeu pꝛeceptum de applicatione certo modo faciẽ
da: q̃ñqꝫ vere talis nõ habetur. Si pꝛimuꝫ: debet
ſe ſacerdos in applicatione cõfoꝛmare doctrine
vel pꝛecepto: qđ ſi contrariũ fiat: foꝛte dicit Sco.
nec ei cui applicat pꝛoficit: et applicãti nocet: q2
ſi contra doctrinã vel pꝛeceptum: applicãdo pec-
cat. ¶ Pꝛo cuius declaratione latioꝛi notandum
ſm eundem art. ij. vbi. ſ. in quotl. qđ miſſa poteſt
intelligi valere ⁊ efficaciã habere dupliciter. Uno
modo ex opere operãte. Alio modo ex opere ope- Miſſa hꝫ
rato. ¶ Ex opere operante: hoc eſt ex merito per- efficaciaꝫ
ſonali perſone celebꝛantis: pꝛopter quod confert dupl'r.
deus petita a ſacerdote eis: quibus oꝛationem et
miſſe ſacrificium applicat. Ex opere operato. i. ex
ipſa conſecratione oblatione ⁊ ſumptione vene-
rabilis euchariſtie non habendo reſpectum ad
perſonalẽ ſanctitatem aut meritum ſacerdotis.
Et hoc põt intelligi dupliciter. Uno modo quod
hic valoꝛ ſit ex diuina inſtitutiõe: qui efficaciter
determinauit ſe ad cõferendũ quoſdã effectꝰ gra
tuitos ⁊ ſalutares ad cõſecrationẽ: oblationem ⁊
ſumptionem coꝛpoꝛis et ſanguinis xp̃i factam a
ſacerdote: ſicut dicimus de ceteris ſacramentis
noue legis: qđ habent virtutem ex xp̃i inſtitutio-
ne: ita qđ ipſis exhibitis aliquibꝰ aſſiſtit deꝰ cau
ſando in eis quoſdã effectus ſalutares: ſcꝫ remiſ-
ſionẽ peccatoꝛũ ⁊ gr̃aꝫ gratũ facientẽ: ⁊ hoc modo
miſſa ꝓficeret: etiã ſi per impoſſibile nullus moꝛ
taliũ eſſet in gr̃a. Sicut baptiſmus tollit oꝛigina
le: ⁊ cõfert gratiã infanti baptizato: etiam ſi cũcti
viatoꝛes eſſent pctõꝛes. Quã efficaciam ſacramẽ
toꝛũ meruit xp̃i paſſio: ſacramẽtis vero contulit
ſpecialis xp̃i inſtitutio. ¶ Alio modo intelligitur
miſſa habere effectum ⁊ eſſe accepta deo ex opere

operato: preciſe rōne oblationis ſacrificū quod
in miſſa perficitur: nō attēdēdo chriſti inſtitutio-
nē: q: oblatio nō videtur grata deo et accepta: ni
ſi ſit alicuius offerentis grati ⁊ accepti: iuxta illō
Geneſ.iiij. Geſi.iiij. Reſpexit dñs ad abel ⁊ ad munera ei9.
Prius ad abel offerentem ꝙ ad munera oblata.
Hinc vidua paupercula plus oībus in gazophi
latiū miſiſſe dr. Luc.xxi. Quia que miſit: ex volū-
Gregorius tate miſit: magis accepta. Nam ſm beatū Greg.
Non penſat deus quātū: ſed ex quāta ⁊ quali vo
luntate offeratur. Hinc paſſio chriſti patri acce-
ptiſſima fuit: q: eā chriſtus eterni patris filius in
quo ſemper patri cōplacuit: volūtarie eam in ani
marū noſtrarum ſalutē obtulit: quā ſi iudeus cru
cifixor ſol9 obtuliſſet patri minime placuiſſet. Et
ita intelligendum eſt qđ dicit Sco. arti.ij. qđ eu-
chariſtia nō preciſe ratione rei cōtēte plene acce-
ptatur: ſed oportet qđ ſit oblata. Hoc enim bo-
nū in euchariſtia contentū equale eſt: qñ reſerua
tur in pixide: ⁊ qñ offertur in altari: ⁊ tamen non
eque valet eccleſie reſeruatum in pixide ⁊ oblatū
in officio miſſe. Ultra igitur bonū contentum in
euchariſtia ad hoc qđ proficiat eccleſie: requirit
eius oblatio: ⁊ ad hoc qđ oblatio ſit placita ⁊ ac-
cepta requirit ſm premiſſa: ꝙ offerens ſit placēs
⁊ acceptus. ¶ H Eſt autē duplex offerens: ſcʒ of-
ferens immediate ⁊ perſonaliter. Alius offerens
mediate ⁊ principaliter. Primus eſt ſacerdos cō
ſecrans ⁊ ſumens ſacramentum: qui ita in perſo-
Offerēs duplex eſt. na ſua: autoritate tñ diuina hec perficit: qđ nemo
alius in ſic offerēdo ſecū cōcurrit. Offerens vero
mediate ⁊ principaliter eſt eccleſia militās: in cu-
ius perſona ſacerdos offert: ⁊ cui9 eſt in offerēdo
miniſter. Eſt eīn hoc ſacrificiū: ſacrificiū totius
eccleſie: in cui9 ſignū ſacerdos nō ex ſua pſona di
cit. Oro: ſed ex perſona eccleſie oremus. Nec di-
cit. In pmis que tibi offero: ſed que tibi offerim9.
Et poſt cōionem. Proficiant nobis queſum9 do
mine hec ſacramenta que ſumpſimus: Quis ipſe
ſolus offerat et ſumat perſonaliter: vnde eccleſia
offert per ipſum tanꝙ per miniſtrum: quē ad hoc
inſtituit et ordinauit. Prim9 offerens nō ſemper
gratus eſt deo: nec ſemper ſibi placet: q: ſepe pec-
cator eſt. Secundū offerens deo eſt ſemper acce-
ptū: q: eccleſia ſemp ſancta eſt ⁊ vnica ſponſa xpi
pudica: caſta: neſciens maculam neqʒ rugam. Cū
ergo miſſa ſemp valorem ſuum habet et accepta
eſt deo: iuxta illud Joā.vj. Panis quē ego dabo p
Joan.vj. me ſcʒ ⁊ ſacerdotes: caro mea eſt pro mundi vita.
Non ergo erit hoc regulariter ꝑpter offerēs pri-
mū: quod nonnūꝙ diſplicet: ergo erit ꝑpter offe
rens ſcdm: ſcʒ eccleſiam que ſemper grata eſt deo
q: ſemper in ea ſunt homines ſancti et virtuoſi:
quorū actiones ⁊ merita deo placent: qui ⁊ digni
ſunt inhabitatione ſpiritusſancti: vt dicit Beda
ſuper illud Matth. vlti. Ego vobiſcum ſum om.
Matt.vlti. di. vſqʒ ad conſumma. ſeculi. ¶ J Et ex hoc ali-
cui videri poſſet qđ miſſa vno tpe efficacior eſt: ⁊
magis accepta deo quā alio. Et regulariter ꝙ miſ
ſa ſacerdotis boni exiſtentis in gratia: cuius per
ſonale meritum eſt partiale meritū eccleſie me-
lior eſt: quā ſi ipſe ſacerdos eſſet extra gratiā. Pa
tet: quia hoc modo miſſa eſt accepta: quia eccle-
ſia ſacrificium miſſe offerens eſt accepta: eccle-
ſia autem accepta eſt propter mēbrorū ſuorum et
gratiarū in eis exiſtentiū merita: qm eccleſie me-
ritum non eſt vniuerſale platonicū: ſeu meritum
abſtractū extra homines particulares per ſe exi-
ſtens: ſed eſt perſonarū ⁊ membrorū eccleſiā cōſti
tuentium. Cum autem vno tpe ſint plures hoīes
boni ⁊ virtuoſi ꝙ alio: ſequitur quod eccleſia vno

tempore magis accepta eſt quā alio. Et qm valor
miſſe hoc modo eſt ex merito eccleſie: ſequitur ꝙ
ſm qđ variatur eccleſie meritū: variatur ⁊ miſſe
valor et premium: ⁊ hoc ſm veram inſtitiam retri
butiuam: ſm quā non datur tantum pro merito
minore: quantū pro maiore. ¶ K Secūdo aduer
tendum ſm eundem Scotū in quol.j. qđ meritū Doctor
vel ſpecialiter ipſa oratio: que inter opera merito ſubtilis.
ria magis habet rationem meriti applicabilis al
teri quia de ratione ſui eſt placatiua dei ⁊ recon-
ciliatiua ſibi: poteſt intelligi in triplici gradu va-
lere alicui ſiue pro aliquo: videlicet ſpecialiſſime
generaliſſime: ſpecialiter modo medio. Specialiſ Miſſa ſem
ſime ſemper valet celebranti ſeu oranti quando p valet ipſi
eſt in gratia: ipſe enim habet motuʒ animi bonū ſacerdoti
et elicit bonum opus. Iſti motus ⁊ opus non ſic qñ eſt i gra
ſunt alterius pro quo orat ſicut orantis: nec po- tia.
teſt ille ordinata voluntate illud alteri dare qđ
non ſit ſuum meritū: quia magis tenetur ex cha-
ritate ſe quā alium diligere: immo forte non poſ-
ſet dare quin eſſet ſuum. ¶ Alio modo generaliſ-
ſime valet toti eccleſie: nec debet orans aliquem
excludere de eccleſia: ſed intētione habituali om
nes includere. * ¶ Tertio modo valet illi cui p *Rit9 ca
orantem ſpecialiter applicatur: non enim valet nonis ē qđ
ei ſpecialiſſime: patet ex membro primo. Nec pre oret ſacer
ciſe vale ſibi generaliſſime ſicut cuicunqʒ de eccle dos p tota
ſia: quia tunc fruſtra eſſent ſpeciales orationes eccleſia: p
ab eccleſia ordinate: alia ſcilicet pro viuis: alia p oibus ordo
defunctis. Et iterum pro viuis aliis et aliis: puta thoris ꝛc.
pro benefactoribus amicis ⁊ aliis diuerſis perſo Pſ. Parti
nis: ſtatibus ⁊ congregationibus: cauſis ⁊ neceſ- cipē me fac
ſitatibus in miſſali Romano ſpecialiter aſſigna de9 oim ti
te. Fruſtra inquā: q: nō plus valerent illis: ꝙ cui- mētium
qʒ generaliter de eccleſia. ¶ Per hoc ad propoſi- ꝛc. ⁊ hoc mo
tū: prima applicatio: ſcʒ ſpecialiſſima determina do vʒ miſſa
ta eſt: quia ſemper fit ipſi celebranti. Similiter ſe oib9 fideli
cunda: ſcʒ generaliſſime que ſemper fit toti eccle bus viuis
ſie. Et has duas determinatiōes facit regula cha defunctis.
ritatis: que debet eſſe primo ⁊ potiſſime ad ſeipʒ
et generaliter ad omnem proximum: quapropter
nullum de eccleſia debet excludere: ſed intentio-
ne habituali (vt dictum eſt) omnes includere: nec
ſolum applicare debet miſſam toti eccleſie: ſecun
do modo ex ordine charitatis: ſed ex inſtitutione
et vſu eccleſie: ex qua orare habet pro omnibus
orthodoxis catholice et apoſtolice fidei cultori-
bus. ¶ Poteſt tamen iudicium eccleſie arcere ſa
cerdotes officium offerentes: vt dicit Gerſon ſu
per magnificat tracta.ix. partitiōe tertia. ne per
expreſſam eccleſie orationem comprehendat ex-
communicatos: vt.xi. q.iij. excommunicatos. ⁊
c. ſequenti. Non tamen excludit eccleſia eos ab
effectu eorum charitatiuo: immo ſi excōmunica-
ti fuerint in charitate: non poſſunt a virtute ſa-
crificii: ſicut nec ab aliis ſuffragiis eccleſie proiici
et excludi: quia charitas facit bona omniū quo- Pſ.
dammodo cōmunia: ſm illud Pſ.cxviij. Partici
pem me fac deus omniū timentiū te. ⁊ cuſto. mā-
data tua. Excluduntur tamē ab expreſſa oratiōe
eccleſie: q̄ ſtatuit ſic pro eis orari non debere: vt
ſic ab inobedientia reſipiſcant: ⁊ ad eccleſie gre- Durādus.
miū redeant. ¶ L Unde dicit Durandus. Suf-
fragia eccleſie poſſunt valere dupliciter. Uno mo
do ex vi charitatis: que omnes fideles connectit
vt ſunt vnū in dño: ⁊ iſtum valorē non poteſt ex-
cōicatio excludere: q: ſi ſit iniuſta: nō tollit chari Eccleſie ſuf
tatem ab excōicato: qua manente: manet vniōis fragia pſſt
vinculum et communio. Si vero ſit iuſta: ſic cha valere du-
ritatem nō tollit: ſed ablataʒ preſupponit. Neqʒ pliciter.
enim ferri debet niſi pro mortali pctō / quo chari
tas tollit

tas tollitur. xi. q. iij. Nemo epiſcoporum. vbi dr.
Nemo epõꝝ quelibet ſine certa ⁊ manifeſta pcti
cauſa cõione priuet eccleſiaſtica: ſub anathema-
Anathema quid. | te autē ſine cõſcientia archiepi aut coepõꝝ nul
lū preſumat ponere: niſi vnde canonica docet au
toritas. Quia anathema eterne eſt mortis dãna-
tio: ⁊ non niſi pro mortali debet imponi crimine:
⁊ illis qui aliter corrigi nõ potuerunt. Itaqꝫ qui
ſic excõicatur: ſeipſum mortaliter peccando pri-
uauit gratia ⁊ charitate: ⁊ per cõſequens ſuffra-
gijs que profluūt a charitate. Alio modo poſſunt
valere ſuffragia eccleſie ex intentiõe facientis: qꝛ
ſcꝫ eccleſia dirigit ſuã orationē vt illis proſint et
ſuffragenꝭ. Et illū valorem excõicatio excludit: qꝛ
eccl'ia orare pro talibus excõicatis nõ diſpoſuit.
Et hoc facit conformiter dei iudicio: qui punit
peccatores qñqꝫ flagellis caſtigãdo: vt eos a pec
catis retrahat: qñqꝫ auxilia ſua ſubtrahendo: vt
ita ifirmitatē ſuã cognoſcant ⁊ humiliati redeāt.
Sic eccleſia inquantū excõicatuꝫ ſeparat a cõio-
ne fideliū vt erubeſcat: imitaꝭ iudiciū diuinum:
quo flagellis caſtigat: inquantū ſeparat ipſum a
ſuffragijs ſpecialibus imitatur iudiciuꝫ quo de9
hominem ſibiipſi relinquit: vt per humilitateꝫ ſe
cognoſcens redeat. ¶ M Quãuis igiꝭ ſacerdos
generaliſſime debeat ſacrificiū ſuum toti eccleſie
applicare: nõ tamen debet vocaliter pro excõica-
to orare: nec ei ſuum ſacrificiuꝫ applicare: poteſt
tamē alias pro eo ſingulariter orare: vt deus cor
ſuum immutet: vt depoſita temeritatis cõtuma-
cia: ad gremium eccleſie reuertatur. Sed de hac
oratione priuata non loquimur in propoſito: ſed
de oratione que fit ex perſona eccleſie pro mem-
bris ſuis non rebellibus. Et ꝙuis eis virt9 ſacri-
ficij ſic non applicetur: nõ tñ totaliter a fructu ſa
crificij excludūtur: ſi ſint in charitate: quia ſicut
per excõmunicationem charitas nõ tollitur: ita
nec fructus charitatis: qui eſt cõmunio ⁊ partici
patio boni quod ex charitate ſuccreſcit: ad taleꝫ
enim participationis priuationē ſe poteſtas ec-
cleſie non extendit. Recepit nãqꝫ eccleſia pote-
ſtatem in edificationeꝫ: ſm aplm. ij. Cor. x. nõ in
deſtructionē: que ſequeretur ſi quem fidelē a cha
ritate ⁊ cõione ſctõꝝ excluderet per ſuam excõi-
cationem. Hoc eñ eſſet corpus xpi myſticum mē
bratim lacerare: vinculū ſpūalis vnionis rumpe
re: et compagem totius eccleſiaſtice congregatio
nis diſſoluere. Itaqꝫ gladius eſſet in manu filij
ad trucidandum matrem: datus membro ad cõ-
cidendū corpus: qꝺ nefas eſt ⁊ inſanū. ¶ Siqui-
dem excõmunicatio medicinalis eſſe debet non
mortalis: diſciplinans nõ eradicãs: de ſñia excõ.
Cum medicinalis. lib. vi. Simile dicit Auguſt. in
homel. de pñia: ⁊ habeꝭ. ij. qꝺ. i. multi. Et apls. i.
Cor. v. excõicando tradidit hominem cū patris
vxore inceſtum cõmittentē ſathane in interitum
carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini. Queꝫ
Hieronymus. | locum exponēs beatus Hierony. ſuper libꝛuꝫ iu-
dicū dicit. Traduntur peccatores ſathane in in-
teritum carnis: cū pro delictis ſuis a xpi corpore
ſeparantur: ⁊ de eccleſia per ſacerdotem pelluntꝭ:
vt notatus ab omnibus erubeſcat: ⁊ cõuerſo eue
niat ei id qꝺ ſequiꝭ: vt ſpiritus ſaluus fiat in die
domini noſtri ieſu chriſti: ⁊ habeꝭ. xi. qꝺ. iij. audi.
¶ N Et ſic forte intelligunt quidam dicentes
(ꝙuis incaute) ꝙ excõicatio nõ ligat animã ſed
corpus: qꝛ ſeparat a cõione ⁊ conuictu fideliū ci-
uili ⁊ exteriori participatione ſacramentoꝝ: non
a fructu anime qui daꝭ eccleſie ob ꝯmunia ſuffra
gia ⁊ orationes eiuſdem: ꝙuis interdum priueꝭ
quis propter excommunicationem fructu excre-
ſcenti ex applicatione eccleſie ſpeciali orationuꝫ:
et ex participatione ſacramētorum eiuſdem. Pri
uantur enim fructu et bono quod prouenturum
erat eis ex officio ſepulture: et exequiarum ſuffra
gijs: illa nãqꝫ excõmunicatis ab eccleſia non im-
penduntꝭ. Priuantur ⁊ fructu: q̃ ꝓuenit ex parti-
cipatione ſacramētorum: ſcꝫ ſacre cõionis: peni-
tentie: ſuſceptione ordinis ⁊c. a quibus oibus ar
centur ab eccleſia. Quãuis non ſit negandū vſqꝫ
quaqꝫ quoſdam particulariter excõicatos plus
mereri per virtutem patiētie: humilitatis ⁊ obe-
dientie: quibus ſe abſtinent ab exteriori partici-
patione ſacroꝝ: ꝙ vtendo eorundem cõione. Si-
cut verbigrã. Si quis de facto cõtrahens cū ſua
ſorore quã non poſſet probare ſororem ſuaꝫ eſſe:
⁊ poſtea ad cor rediens eam a thoro ſepararet: et
ꝓpter hoc ab eccleſia excõicareꝭ: qꝛ nollet redde-
re debitū cõiugale. Certū eſt qꝺ teneꝭ potius ſu-
ſtinere excõicationem: ꝙ cõmittere inceſtum cuꝫ
ſorore: quã excõicationis penam humiliter ſuſti-
nens obediendo eccleſie: in ſubtrahendo ſe a ſa-
cramentoꝝ cõione meretur: ⁊ participando con
tra ꝓhibitionem eccleſie peccaret. Si ergo ſic in-
telligitur dictū premiſſum: ſcꝫ ꝙ excõicatio nõ li-
gat aiam. i. nõ tollit bona anime: neqꝫ ſeparat ab
eterna beatitudine: q̃ bonuꝫ eſt ad qꝺ cetera oia
ordinanꝭ. Et hoc intelligēdo de excõicatione ſm
preciſe: videꝭ qꝺ dictū hoc veritatē habet: ꝙuis
nihilominꝰ ſepe ſit in detrimētū anime: pro quã-
to retardat a beatitudine ⁊ glia. Nã ꝓpter excõ-
municationē pene peccatis cõmiſſis: ⁊ quantum
ad culpe reatū remiſſis: debite propter priuatio
nem indulgentiarū ⁊ ſuffragioꝝ eccleſie tardius
ſoluunꝭ. Preterea augmento gratie qꝺ ſacramē-
toꝝ ſuſceptio confert: ſimiliter propter excõmu-
nicationē priuatur: qua impediunꝭ ſic excõicati
a participatione ſacramentorum: ⁊ per hoc cert9
glorie gradus per excõicationē eius tolliꝭ: qui ſcꝫ
reſponderet gratie ſacramentali. Nõ tñ excõica
tio vt talis. i. pena preciſe ſimpliciter excludit a
gloria: licet poſſit excludere a tanta. Pctm̃ tamē
propter qꝺ excõicatur ſi excõicatio fuerit iuſta: ni
ſi reſipuerit per penitētiã: ⁊ per eccleſie recõcilia-
tioneꝫ quantū in eo fuerit: excludit ſimpliciter a
gloria. ¶ O Ex illo ſequitur qꝺ nõ ſemper eſt ex- Nõ ſemꝑ a deo excõicat9 eſt qui excõmunicaꝭ ab homine ⁊ ꝑlato.
cõicatus a deo qui excõicatur ab homine ⁊ prela
to. Nec ſemper habetur ratum in celis: quod fit
a preſidente in terris: ſed dumtaxat dum ligat et
ſoluit claue non errante. Non enim cõmiſſuꝫ eſt
prelatis ligare ⁊ ſoluere iuxta ſuoꝝ motus capi-
tū: ⁊ ſuarū beneplacita voluntatū: ſed prudēter ⁊
legitime ſm iuris diuini ⁊ humani diſpoſitionē.
Et hoc dicere non eſt prebere occaſionem contē-
nendi gladium poteſtatis ſpiritualis: negare ſcꝫ
eius percuſſionem ad id quod non poteſt attin-
gere: quin potius ſtulta ipſius extractio: et vſus
indiſcretus: ipſum reddit obtuſum odibilemqꝫ.
Neqꝫ enim leuiter extrahi debet gladius ille: ſed
pro inobedientia tantum ⁊ criminibus grauib9
et manifeſtis. Nec furor illū extrahat: ſed diſcre-
tio rationis: reſtringēda eſt enim ſub ratione po-
teſtas. Nec quid agendum priuſꝙ concitata ad
tranquillitatem mens redeat: ait Gregorius ad
mauricium imperatorem. De hoc late tractatur
ij. qõne. iij. pluribus capitulis. ¶ Debet ergo pre
latus gladio hoc ferire in ſpiritualē ſaluteꝫ eccle-
ſie: propter quã conſeruandam: membrum putri
dum morboſumqꝫ excõicationis gladio preſcin-
ditur: et incorrectionem ac emendationem eius
qui excõmunicatur: vt ſic excõmunicatio habeat
rationeꝫ medicine curatiue reſpectu eius cui in-

fligitur:et preſeruatiue reſpectu aliorū. Noſtris
autē temporibus gladius ille dilatatus eſt vſq3
ad profanas laicorum cauſas: ac ſeculari foro
Excōicatio agendas:intantū vt nonnunq̄ pro debito quin-
ꝑpter pecu q3 ſolidorum quis excommunicatione feriatur:
niam abu- quo abuſu gladius ille ita obtunditur: vt in cau-
ſus eſt. ſis vrgentioribus:vbi vſus eius expoſcitur: acu-
mē ſcindendi perdidiſſe videatur:ita vt eius per
cuſſio magis vilipenſionem inducit ꝛ contēptū:
q̄ corrigendarum ſalutem animarum:verūtamē
timēda eſt ſemper paſtoris ſententia etiam ſi fue
rit iniuſta: vt dicit beatus Gregori9 in homelia.
¶ P Redeundo ad propoſitū videndum eſt de
tertia applicatione:media ſc3 ꝛ ſpeciali:quonia3
de primis duabus ex iam dictis patet. Hec quā-
doq3 determinata eſt ex inſtitutione et ordinatio
ne eccleſie:que in diuerſis parochijs inſtituit di-
uerſos ſacerdotes parochiales:qui tenentur of-
ficiare eccleſias ꝛ celebrare ſpecialiter ꝓ ſuis pa-
rochianis. Cōſimiliter in diuerſis collegijs ſunt
diuerſi ſacerdotes inſtituti ad offerendū ſacrifi-
cium altaris ſpecialiter pro ſuis fundatoribus:
etiam pro illis qui ſunt in tali collegio:ex quadā
ſingulari fraternitate:ſocietate:conuictu ꝛ vnio
ne tanq̄ membro eiuſdem corporis quod eſt col-
Pſalm9. legium:de quo in Pſ. Ecce q̄ bonum ꝛ q̄ iocun-
Prouerbi. dum habitare fratres in vnum. Et Prouerbio.
xviij. xviij. Frater qui iuuatur a fratre quaſi ciuitas fir
ma. Et de hoc poteſt accipi illud beati Hiero. ad
ruſticum monachum. In apibus princeps vnus
eſt:ꝛ grues vnam ſequuntur ordine literato. ſeq-
tur. Singuli eccl'iarū epi:ſinguli archiepiſcopi:
ſinguli archidiaconi: ꝛ omnis ordo eccleſiaſtic9
ſuis rectoribus nititur: ꝛ habetur. vij. qōne. i. In
apibus. Habent autem eccleſie ſingule ſuos pro
prios rectores:non tantum ad correctionem fa-
ciendam: ſed ad reconciliationem peccatorū per
ſalutarem hoſtiam et orationes eccleſie impetrā
dam. Unde Alexan. papa. i. q. i. ipſi. ait. Ipſi ſacer
dotes pro populo interpellant:et peccata populi
comedunt:quia precibus ſuis ea delent atq3 cō-
ſumunt:qui quanto digniores fuerint:tanto faci
lius in neceſſitatibus pro quibus clamant exau-
diuntur. Ex quibus patet proprios ſacerdotes
ſuis fore ſpecialiter obligatos. ¶ Q Sūmit etiā
determinatio huius applicatiōis medie ꝛ ſpecia
lis ex iuſtitia: vt ſcil3 fiat pro illis:qui bona natu-
re:fortune ꝛ anime ſpecialiter contulerunt: qua-
les ſunt parentes qui cu3 magna ſollicitudine fi-
lios ſuos educarunt:poſtq̄ eos in naturali eſſe
conſtituerunt. Sunt et benefactores alij: qui do
tarunt ſolenniter monaſteria : eccleſias ꝛ benefi-
cia:vt miniſtros in eis reſidentes:ꝛ his tēporali-
bus vtentes:ad orandum ꝛ celebrandu3 pro eis
ſpecialiter obligarent. Sunt ꝛ predicatores ꝛ ma
giſtri:qui ingenti laborant diligentia vt alios ri-
te inſtituant:quatenus ad vitā beatiſſimam pro
ficiant moribus et doctrina : pro quibus omni-
bus ex equitate ꝛ iuſtitia ſacerdos vt oret ꝛ cele-
bret eſt ſpecialiter obligat9. ¶ Uerum in hac ap-
plicatione ſm prefatū docto. loco quo ſupra: gra
dus inueniuntur:ſm quos ſpecialius ꝛ ſingula-
rius pro vno:q̄ alio ſacerdos virtutem ſacrificij
referre poteſt. Et poſſunt tot gradus poni: pro
quot placet ſacerdoti:differenter ſm magis ꝛ mi
nus ſpecialiter celebrare. Et hoc verum:niſi in ſa
cerdotis obligatione aliud cautum ſit. verbi grā
ponamus quod aliqs ſacerdos velit miſſam ſuā
valere trib9 ſpecialiter:vltra hoc qđ valet toti ec-
cleſie generaliſſime:ſint hi pater:eccl'ie ſue funda
tor:ꝛ ſocius ſuus vel amic9 fidelis. Sit ꝑmus a.

ſcđs b. tertius c. Nec refert an in quolibet gradu
ſit vna perſona tm̄:an plures ex equo. Uelit ergo
qđ miſſa tantū valeat a:q̄tū alicui valere pōt al-
teri a ſe celebrāte. Et ipſi b. valeat quātū alteri va
lere poteſt poſt a:ꝛ ipſi quātū valere poteſt alicui
poſt a ꝛ b. Eſto igit̃ qđ ex ordine eccleſiaſtico vel
beneficio recepto teneat̃ quis offerre pro aliquo
ſpecialiter in primo gradu. Non illi preiudicat ſi
in ſecundo gradu offerat:vel applicet virtutē ſa-
crificij alteri: ꝛ tertio gradu tertio: ꝛ ſic de q̄tcū-
q3 gradibus. Siquidem nunq̄ applicatio facta
poſteriori:ſubtrahit aliqđ illi cui facta eſt in gra-
du priori. ¶ R Cui autem fieri debet applicatio
in quo gradu dubiū eſt:an ſcilicet curatus debet
in priori gradu applicare parochianis:q̄ paren
tibus proprijs:an econuerſo prius parētibus q̄
parochianis ꝛ fundatoribus. An prius et magis
pro iuſtis q̄ iniuſtis:an potius ꝓ mortuis q̄ vi-
uis? ¶ Et poſſunt fieri rationes ex varijs medijs
puta quod legi naturali lex poſitiua nō preiudi-
cat. Ideo videtur magis obligari parentibus q̄
fundatoribus ꝛ parochianis:quoꝝ obligatio eſt
poſitiua:parentū vero naturalis. Neq3 preſumē
dum aliquē poſitiua lege: quē obligare voluiſſe
contra legem nature:neq3 ſua obligatione impe
dire ſacerdotem quo minus reddere poſſet libe-
re parentibus quod tenetur. ¶ Sed ad oppoſitū
ſi parentes fuerint parochiani alterius ſacerdo-
tis:habēt eum ſibi tanq̄ filij ſpiritualibus obli
gatum:ſicut huius ſacerdotis parochiani habēt
hunc tanq̄ patrem ſpiritualem ſibi obnoxium.
Obligatio autem ſpiritualis filiationis vide-
tur eſſe efficacior quā carnalis. Sic ex maiori in
digentia videtur magis applicandum oblatio-
nis beneficium mereri non potentibus:puta de-
functis ꝛ peccatoribus a deo ſeparatis:vt iſti li-
berētur:hi conuertantur. Sed ad oppoſitum: ex
maiori autoritate videri poſſet orandum magis
pro viuis viatoribus vt eis gratia augeatur: ꝛ ex
conſequenti merita:q̄ pro mortuis:vt ſola pena
remittatur: quibus non preſtatur maior gratia:
nec creſcunt merita. Sic ex charitatis ordine ma
gis videtur diligendus iuſtus qui deum diligit ꝛ
proximum:ꝛ a deo diligitur: q̄ peccator ſe contra-
rio habens modo. ¶ S In his ſufficit doctrina ꝛ
regula vniuerſalis pro quietatione celebrantis:
vnde ſm Scotū. Securius videtur quod talem Scotus.
generalem applicationem faciat in miſſa vel an-
te miſſam. Digneris domine oblationem iſtam
acceptare ꝓ illis quibus noſti me teneri ſpeciali
ter:ꝛ in eo gradu:quo me noſti obligari. Et quan
tum ad ſpecialem determinationem ad aliquem
vel aliquos: tutius eſt eam fieri ſub conditione:
ſi deus omnipotēs tibi placet. Uerūtamen quia
particularis determinatio omittēda non eſt. Tū
propter multiplicem ſacerdotis obligationem.
Tum propter ingratitudinis euitationem. Tum
propter deuotionis actualis augmentationem:
quam naturaliter parit beneficioru3 recordatio:
ſi gratia dei coniungatur. Nam particularia
magis mouent. Tū ꝑpter certiorem debiti imple
tionē ꝛ cōſciētie ſerenationē. In tātis obligatio-
num anguſtijs ſalubre eſt conſiliū cancel. parriſ. Joā. Gerſ.
Joā. Gerſ. tracta. de ſollici. ec. particula. xliij. ita
dicentis. Ex humilitate laudabili poteſt fieri co-
ram deo ceſſio quedam omnium bonorum ſpiri
tualium in manibus eius proportionabiliter ad
forum exteriorem de temporalibus bonis ratio-
ne debitorum: ꝛ hoc ex cōſideratione tot exacto-
rum:quibus obnoxij ſumus: ꝛ qui nos premunt
ꝛ quodāmodo ſuffocant:dicentes. Redde quod
debes

debes: vt ſunt creatio: recreatio: redemptio: debi
torum toties facta remiſſio. Preterea tam cre⸗
bra nunc vno mō: nūc altero mediate ⁊ immedia
te bonorū multipliciū facta receptio. Quo caſu
pauper homūtio ſic deprehenſus ⁊ anguſtiatꝰ di
cere pōt ad deū. Dñe vim patior reſponde ꝑ me.
Tu inquam qui preciū noſtrū es: noſtra iuſticia:
noſtra redēptio copioſa: redde creditoribꝰ meis
q̄uo vis ⁊ ſcis: tātūmodo vita gratie in hac pau⸗
pertate me ſuſtētes: ⁊ ſatis eſt. Idē in trac. de orōo⸗
ne. conſid. ix. de eodē tractās ita dicit. Quiſquis
tu tandē ordinatus es ad orandū: non tm̄ pro te:
ſed etiā pro ceteris: poteris i ipa meditatiōe tua
diſcutere: vt ab obligatione tua te apud deū ⁊ ho
minē diſſoluas. Nihilominus ſi quid in me ꝯſilij
eſt: noli eſſe nimiuꝫ ſcrupuloſus circa tue orōnis
numerū: pondus ⁊ menſuram. Cōmitte totū illd
deo: q̄ tribus digitis potentie ſapiētie ⁊ clemētie
appendit molē terre. Qui numerat multitudinē
ſtellarum: ⁊ oibus eis noīa vocat. Qui nūerū no
uit arene maris/ dic ei tota ſpei fiducia. Debitor
ſum pater noſter: ſupra quā poſſit exiguitas mea
ſoluere. debitor/ q̄r me creaſti: debitor/ q̄r imme⸗
mor tui: vitijs me ſordidās cōtra tua precepta: et
tñ mihi parcēs nō me dānaſti. Debitor iteꝝ pro⸗
ximis: q̄r de labore manuū ſuarū: ⁊ ſudore vultus
ſui comedo panē i abūdātia. Debitor carni mee
et ſanguini: debitor orantibus pro me: debitor la
pſis per me: ⁊ ita de reliq̄s ſine numero. Tot igi⸗
tur preſſus exactionibus: q̄d agā? quo me vertā?
Dñe vim patior: reſponde pro me. Sed q̄d reſpō
debis pro me? Recte proſus. Si diuidas vnicui⸗
q̄ꝫ illud quantūcunq̄ꝫ ſuffragioꝝ q̄d offerre pau⸗
pertas mea pōt: q̄d quantū ſit ſolus vides. Nolo
calculū ponere cū ſingulis proximis ⁊ bñfactori⸗
bus meis. Tu pro parte tua recipias miſſam iſtā.
Tu orationē: tu bonū opus alterū: tu ſapientiſſi⸗
me meritorū ⁊ ſuffragiorum ponderator deꝰ: di⸗
ſtribue ſingulis prout vnicuiq̄ꝫ opus eſt ad vtili⸗
tatē ſuā: ad liberationē meā. Exēplū in ciuilibus
applico mihi. Debitor itaq̄ꝫ non habēs vnde ſol
uat creditoribus ſuis: ſolet vel cogitur cedere oī⸗
bus bonis ſuis tam habitis q̄ꝫ habituris: retēta
neceſſitate victus ſui prout ordinauerit index vl
aduocatus. Ita de ſpūalibus. Cedo corā te dñe ⁊
pie deus. Hec ille. ¶ Hec tñ illa ſic accipiēda ſūt
vt ſacerdos omittat determinatā ⁊ ſpecialem ap
plicationē: in hac ſola generalitate intentionem
ſuā figens: quoniā vt. ſ. dictum eſt: deus ſm ordi
nē ſue ſapientie: aliqua dare ſtatuit: propter ſpe⸗
ciales noſtras orationes: ⁊ ſacrificiuꝫ ſpecialiter
applicatum: que al's his pretermiſſis non daret.
Sed propter nimiū ſcrupuloſos: quia per nullaꝫ
ſpecialem determinationē a ſcrupulis ſeruantur:
vt hi facta determinatione ſpeciali de qua certi
eſſe non poſſunt: an facta ſit prout fieri deberet:
recurrant ad hoc conſiliū applicationis genera⸗
lis. ¶ T Fuerunt nonnulli qui ordinem dari niſi
ſunt (quo ſpecialiū cōmiſſorum memoria ſit ha⸗
benda) ad obliuionis remedium ⁊ confuſiōis ac
faſtidij ſubleuamen. Unde quidam ex ordine ſex
caſuum grāmaticalis declinatiōis nominū: qua
ſi magis celebranti noto/ ordinem memorandoꝝ
tradiderunt: vt a nominatiuo ſiue recto: qui pri⸗
mus eſt caſuum. i. a ſeipſo ſacerdos a quo ordina
ta charitas incipit: viuorum memoriam ordinet
Scđo genitiui. i. progenitorum parentum ac pro
pinquorum carnaliū ⁊ ſpiritualiū ſubdat memo
riā. Tertio datiui. i. fundatoꝝ patronorū offeren
tiū ac bñfactoꝝ a quibꝰ tpalia receperūt. Quar⸗
to accuſatiui. i. inimicorum: nam accuſatiuus ex

Ordo mēorandorū ex ordine ſex caſuū grāmaticalis declinationis nominum.

f.

vocabuli īterpretationem caſus eſt aduerſarioꝝ.
In hoc tanq̄ꝫ perfecti chriſti imitantes exemplū
pariter ⁊ doctrinā dicentis in euangelio Mat. v. Mat. v.
Diligite inimicos veſtros: benefacite his q̄ ode⸗
runt vos: ⁊ orate pro perſequentibus ⁊ calūnian
tibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt
qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et malos:
⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Quantū ad ea eñ
que a deo habent inimici/ diligendi ſunt: naturā
ſcꝫ qua ad dei imagineꝫ creati ſunt: qua proximi
⁊ fratres ſunt: ⁊ q̄r a chriſto redēpti ad fidem tan⸗
q̄ꝫ regni coheredes ſunt vocati. Non quoad cul⸗
pam ⁊ defectus in quo a ſeipſis ⁊ ſuggeſtione dia
bolica inciderunt. Quinto vocatiui. i. errantium
infidelium ⁊ peccatorū: vt ad fidem ⁊ cōuerſatio⸗
nem ſanctam a ſuis erroribus ⁊ vitijs conuertan
tur. Uel vocatiui. i. prelatorum preſidētiū ⁊ recto
rū ſpiritualium ⁊ tpalium ad eccleſie regimen vo
catorū: pro quibus vt ſpecialiter oretur apl's hor
tatur. i. Timo. ij. Obſecro inquit primū omnium
fieri obſecrationes: orōnes: poſtulationes: gra⸗
tiarum actiones: pro omnibus hoibus: pro regi⸗
bus ⁊ oibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt
quietā ⁊ tranquillā vitā agamus in omni pietate
⁊ caſtitate. Per reges: omnes intelliguntur recto
res. Sexto ablatiui. i. eorū quibus bona aīe: cor⸗
poris aut fame abſtulimꝰ: occaſionē dāni ſpūalis
tpalis dedimus verbo vel exēplo: q̄bꝰ obnoxij ſu⸗
mus ad reſtitutionē: ſm illud ſaluatoris Matt.
v. Si offers munꝰ tuū ad altare ⁊c. Uerū etſi hoc
mō celebrātis memoria iuuari poſſit: non tñ hic
ordo ſupradictoꝝ graduuꝫ ordini correſpondet:
nā in priori gradu applicanda eſt virtꝰ ſacrificij
his q̄bꝰ magis obligamur. Sumꝰ aūt magis ob⸗
noxij eis quos dānificauimus. Itē eccl'ie rectori⸗
bus tanq̄ꝫ ſpūalibꝰ parētibꝰ: q̄ per ablatiuū ⁊ vo⸗
catiuū ſm dicta intelligūtur: q̄ꝫ inimicis ⁊ infide
libus ac eccleſie pſecutoribꝰ: quos accuſatiuꝰ cō
memorat. Proceſſus etiam ille prolixus videt: et
diſtractionē ſacerdoti: ⁊ faſtidiuꝫ ingerens ꝑpl'o
circūſtanti. Qđ oimode cauendū eſt: cum nō ſibi:
nec pro ſe tm̄ ſacerdos: ſed eccl'ie ⁊ circūſtātibꝰ in
hoc officio debeat deſeruire. Ideo nonnulli alio
mō memoriā ordināt magis correſpondēter ad
gradus ſupradictos: vt in primis ſpecialē memo
riā faciant eoꝝ: pro quibꝰ pro iſta vice celebrare
ꝯſtituere: q̄ variari pñt: vt ſunt nunc illi/ nunc alij.
Nō eñ celebrās tenet in oibꝰ miſſis eundē deter
minationis modū obſeruare: vt ſcꝫ ſemꝑ in ꝓmo
gradu ſpecialis applicationis: applicet parētibꝰ
vel fundatoribus: aut ſpūalibus filijs ⁊c. ſed nūc
iſtis: nunc illis. Quā etſi ſacerdos obligatus eſt
multis: eſt tñ illa obligatio quantū ad miſſam ce
lebrandum precepti affirmatiui: q̄d non obligat
ad ſemper: ſed pro aliquando ⁊ certo modo: alio
q̄n ſacerdos teneretur quotidie celebrare: quod
tamen beatus Auguſt. nec laudat nec vituperat.
Laudaret autē celebrare: et vituperaret non cele
brare quotidie: ſi ad id ſacerdos teneretur. Ideo
dum ex fundatione ſui beneficij vel officij aut ex
cura animarū ſibi impoſita non obligatur ad ce
lebrandum: poteſt applicare cui voluerit. In quo
ſimplices ſacerdotes non curati maiori gaudent
libertate pro quanto rōne beneficij (ſi quod obti
nent) ſolis fundatoribus ſint obligati: ⁊ frequen
ter ad certas miſſas ſcđm tenorem fundationis:
quas cū perfecerint ad plures nō tenētur: igit in
alijs quantū ad determinatiōes: ſunt liberiores.
Ideo nunc celebrare pōt ſpecialiter: et in primo
gradu medie applicationis pro parentibus: nūc
pro certo benefactore: nunc pro certo liberando

ſeu conuertēdo pctōre:⁊ hoc vel viuis vel defun-
ctis. ¶ V Et ſm̄ hec primo ⁊ in primo gradu me
moria eſt habēda pro illo vel illis pro quo vel qui
bus hac vice principaliter celebratur. Suo tñ lo-
co.i.in memoria viuoꝝ:ſi in hac vita fuerint. Vel
mortuoꝝ:ſi hinc per mortē tranſierint. Deinde
ſcđo parentū ⁊ cognatoꝝ carnaliū ⁊ ſpūaliū. Ter
tio cure ſue ſubiectoꝝ tanꝗ̄ ſpūaliū filioꝝ:ſi cura
tus fuerit. Quarto confratrū ſuoꝝ:ſuoꝝ membro
rū eiuſdē corporis:ſi ſit eccl'ia religioſa collegia-
ta vel domus priuata. Quinto fundatorū patro-
norū ⁊ benefactorū tp̄aliū ⁊ ſpūaliū. In quibus
quilibet ſibi regulā ⁊ ordinē ꝯſtituat ſm̄ cōgrui-
tatē ⁊ exigentiā ſibi ꝯiunctorū quo ꝓ̄ptius ſue
occurrant memorie. Nō tñ opus eſt vt memorā-
dorū noīa occurrāt aut recitentur:ſufficit ꝙ per-
ſone occurrāt mēti. Dū vero noīa occurrūt in ge
nitiuo caſu mente tenēda vel ore exprimēda ſunt
vt Memēto dñe famulorū famularūqȝ tuarum:
huiꝰ ⁊ illius aut illorū: quatenꝰ debita ⁊ cōgrua
precedentiū ⁊ ſequentiū in textu canonis fiat cō
nexio. Et qm̄ nō ſatis certū eſt: q̄s cui in gradu ū
prefatoꝝ ordine ꝑponēdus:ſit:intendat celebrās
gnalr vt dñs iuſtiſſimꝰ olm diſtributor accepta-
re dignet̄ ſacrificium ꝓ his eo ordine ⁊ mō quo ſe
nouerit obligatū. Addēs ſaltē mente hoc vel eq̄-
ualēs. Et olm quibꝰ me noſti debitores. ¶ X Ne
ſūt in hac memoria vel ſacerdoti diſtractio: vel
circūſtantibus faſtidium ſurrepat: ſeruet̄ regula
Rña Sco. Sco. vt ſcȝ ſacerdos añ acceſſum altaris ſe recol
ligat ac intētionē ſuā ad eos ꝓ q̄bus ſpālr cele
brare diſpoſuit dirigat:ac intētionē talē deo offe
rat. Sic em̄ ſufficiet in miſſa eoꝝ memoriā hr̄e in
cōi: qr deꝰ oblationē ⁊ deuotionē ſuam pro illis
acceptat: pro quibꝰ ordinauit ſe velle offerre. Et
ita nō oportet morā facere in memoria:dum ibi
intētio ad eos refert̄ generaliter: quoꝝ memoria
prius habita eſt in ſpāli. Et tm̄ de queſtiōe ꝑma.

¶ Lectio.xxvij. A



De ſe
cundaȝ
queſtio
nē: qua
queſi-
tum eſt
vtrū ap
plicatio
nē virtu
tis ſacri
ficij ipe-
diat ma
licia vel
ſuſpēſio
celebrā-
tis mini
ſtri? Rñdetur ꝑ hāc ꝯcluſionē. Perſonalis ſuſpē
ſio aut malicia ſacerdotis nō tollit virtutē ſacrifi
cij alr̄s rite miniſtrātis. Hec ꝯcluſio declarat̄. Nā
q̄uis ſacerdos pctōr ſit:⁊ extra gr̄am:⁊ ꝑ ꝯñs ni-
hil in ſe habeat vñ poſſit a deo ſua oblatio ⁊ obſe
cratio acceptari in ordine ad aliqđ bonū ꝯferen
dū:qr tñ oblatio hec ⁊ orō nō eſt ſua ꝑncipalr: ſȝ
eccl'ie ſpōſe xp̄i:inter quā ⁊ xp̄m nūcius eſt: eius
orōnē portās in ore:quā porrigit exaudiendā pa
tri miaꝝ:ſequit̄ ꝙ ſua ꝑſonalis malitia nō reddit
orōnē illā ⁊ oblationē deo execrabilē: ⁊ inexaudi
bilē. Nō em̄ obſecrādo innitit̄ gr̄e proprie ſancti
Guil. parrhiſieñ. tatis:ſed dilectioni ⁊ charitati aliene. Vñ Guill.
parrhiſ.in lib.de ſacramentis tracta. de ordine.
Aliud inq̄t eſt interpellare pro alio vt amicū:ſiue
beniuolū:ac inniti gratie proprie ſanctitatis. Et
aliud interpellare vt nunciū: ⁊ preces ⁊ interpel-
lationē offerre aliene (vt ita dicamus) charitatis
Illud em̄ primū oīm eſt ⁊ ſingulorum ſanctorum
iſtud aūt propriū eſt ſacerdotū. Ex officio quip-
pe ſacerdotali:ſacerdos nō preces ſuas ⁊ ſuppli-
catiōes offert patri miaꝝ:ſed ꝑces ⁊ ſupplicatio-
nes eccleſie: vt internuncius ⁊ mediator. Et ſicut
aduocatus nō iura vel ſtatuta ſua allegat: ſȝ alie
na:⁊ verba eius cui patrociniū preſtat in ore ge-
ſtat:ſic ⁊ ſacerdos ex officio publico verba/inter-
pellationes eccleſie: ⁊ orationes in ore geſtat: et
eas quodāmodo patri miſericordiaꝝ ore ſuo por
rigit audiēdas ex parte eccleſie ſue. Et illud dicit
diligenter attendendū:quia illud eſt quod erra-
re fecit hereticos circa illud ſacerdotale officiuȝ:
ſcȝ interpellandi. Nō em̄ attendebāt ꝙ ſacerdos
ex ſacerdotali officio preces eccleſie nō ſuas offe-
rat:⁊ ꝓpter hoc interpellationē malorū ſacerdo-
tū irritā ⁊ nullā dicebant: ſumentes occaſionem
trie cultus: vt tactu ſctāꝝ ⁊ diuinarū manuū ſua
rū pane materiali vim ſacr̄i cōferret. Hoc eſt ipꝫ
in materiā huiꝰ viuifici ſacr̄i deputaret ac ordi-
naret: quatenꝰ oī tpe in verū corpus xp̄i trāſſub
ſtātiari poſſet. Sicut enī tactu mūdiſſime ſue car
Beda. nis (ſm̄ Bedā) vim regeneratiuā cōtulit aquis:
ita ⁊ acceptiōe panis in venerabiles ſctāſqꝫ ma-
nus ſuas/vim pani tribuit: vt ex eo tanꝗ̄ cōgrua
materia corpꝰ ſuū cōfici poſſit. Et hoc ſignifica-
tū eſt Ioā. vi. vbi dn̄s panes quinqꝫ quibus refe
cturus erat turbas: in manꝰ ſuas accepit ⁊ bene
dixit priuſꝗ̄ turbis diſtribuēdos diſcipulis de-
Canti. v. dit. De his manibꝰ dicit̄ Cañ. v. Manꝰ eius tor-
natiles: auree: plene hyacinthis. Tornatiles di-
cūtur: qꝛ in oēm oꝑatiōnē mobiles ⁊ volubiles.
Auree: qꝛ in oibus eoꝝ operationibꝰ ſplēdet vir-
tus deitatis. Plene hyacinthis: q̄ lapis eſt cele-
ſtis ꝟtutis ⁊ coloris: qꝛ i oibꝰ oꝑationibꝰ celeſtē
indicat vitā ⁊ intētionē. ¶ B Cū ergo hac acce
ptione panis i manus ſctās ac venerabiles xp̄i:
panis accepit vim eſſendi materia huius ſacr̄i:
tractandū eſt de huiꝰ ſacramēti materia. Vbi pri
mo videndū eſt que ſit huiꝰ ſacr̄i materia. Scđo
de eius cōgruitate ac inſtitutiōis cauſa. ¶ Quo-
ad primū eſt oim catholicoꝝ doctorū cōſors ſen
tētia: ꝙ huiꝰ ſacr̄i materia ſimplr̄ neceſſaria pa-
nis eſt ⁊ vinū. De hoc Alexāder papa: ⁊ in cōci-
lio carthaginēſi vt hr̄ de cōſec. diſt. ij. c. In ſacr̄o.
Statutū eſt: imo xp̄i inſtitutio cōmemorata eſt:
ꝙ in ſacr̄o corꝑis ⁊ ſanguis dn̄i: nihil amplius
offerat̄: ꝗ̄ qđ ipſe dn̄s tradidit: hoc eſt panis ⁊ vi
nū aqua ꝑmixtū. Qđ dr̄ aqua ꝑmixtū: cōgruita-
tis eſt nō neceſſitatis. Iđ ſtatim ſequit̄. Nec am-
plius in ſacrificijs offerat̄: ꝗ̄ de vuis ⁊ frumētis.
Verū de aqua cur vino admiſcet̄ infra videbit̄.
Item eadē diſt c cū omne. Iulius papa reprobat
errorem eoꝝ qui pro vino auſi ſunt lac appone-
re. Vnde ait. Cū enī magiſter veritatis: verū ſalu
tis noſtre ſacramentū ſuis cōmendaret diſcipu-
lis nulli lac: ſed panem tm̄ ⁊ calicem ſub hoc ſa-
cramēto cognoſcimus dediſſe. Et ſequit̄. Ceſſet
ergo lac in ſacrificando offerri: qꝛ manifeſtuꝫ eſt:
⁊ euidēs exēplū euāgelice ꝟitatis illuxit: ꝙ preter
panē ⁊ vinū aliud offerri non licet. ¶ Ex quo ſe-
quitur ꝙ nō eſt conueniens materia huius ſacr̄i
farina aqua elemētari coagulata: neqꝫ paſta: qꝛ
materia huiꝰ ſacramēti eſt panis: nō autē paſta
hmōi dr̄ panis. Et ꝗ̄uis probabile ſit paſtā ⁊ pa
nē non differre ſpecie eſſentiali: qꝛ per decoctio-
nem paſte ab igne nō fit vt videtur niſi extractio
humoris aquei cōmixti cū partibus farine: que
mixtio eſt ꝑ ſolā iuxta poſitionē partiū humoris
⁊ farine. Hec aūt ſeparatio humoris nō mutat ſpe
ciē: qꝛ ꝑ ipſam nihil tollitur pertinēs ad rei eſſen
tiā: ſicut ⁊ talis cōmixtio ſpeciē nō variat: qꝛ non
eſt ibi vera cōpoſitio: nec cōſtitutio alicuiꝰ vniꝰ
ex his que adinuicē miſcentur: ſed quodlibet re-
manet in natura propria ab alio diſtinctum. Et
ꝗ̄ꝗ̄ ita eſſe ſit probabile: non tm̄ de paſta poteſt
confici: qꝛ inſtituit chriſtus panē vſualē pro ma-
teria huius ſacramēti: qꝛ talis cōiter conſueuit
nobis eſſe ſacramētū: propter cōgruentias infra
aſſignādas. ¶ Sed occurrit triplex dubiuꝫ. Pri
mū vtrū ois panis ſm̄ ſubſtātiā ſit apta cōſecra
tionis materia. Scđm: vtrū ois panis ſm̄ quāti- Primuz du
tatē. Tertiū: an ois ſm̄ qualitatē. ¶ C De primo bium.
dubio: vtrū ois panis cuiuſcūqꝫ ſubſtantie ſiue
de ſpelta: ſiue de ſiligine: an ſolus triticeus ſit cō
ſecrabilis: eſt multoꝝ doctorū ſnīa: quod ſolus
panis triticeus eſt materia apta huius ſacramē
ti: ita qđ ſi in pane ſpelticeo vel ſiliginco attenta
retur: nihil fieret. Cuius cauſam precipuam di-
cūt diuinā inſtitutionē. Hanc aūt inſtitutioneꝫ
cōuincūt ex cōparatiōe xp̄i: qua ſe grano frumen
ti cōparauit. Frumēti dicūt. i. tritici qꝛ granū tri-
tici nobiliſſimum eſt: quod qꝛ inter cetera grana
plus habet de medulla: ꝑ antonomaſiā granū fru
menti appellatur. Vnde aſſerūt xp̄m in pane ex
tali grano/cui ſe cōparauerat/ſui corporis inſti-
tuiſſe ſacramētū. Apoſtolos quoqꝫ in tali pane
cōſecrationem frequentaſſe: ⁊ illius panis vſum
eccleſie reliquiſſe. ¶ Pro iſta opi. ⁊ ſnīa allegat̄
beatus Augu. ſuper illud Io. xij. Niſi granū fru- Auguſti.
menti cadens in terrā mortuū fuerit: ipſum ſolū
manet. Cū ſint multa grana frugū: nulli ſe cōpa-
rat niſi illi: ſcꝫ grano frumenti. Vnde mos cepit
eccleſie de illo ſolo grano conficere corpus dn̄i.
Huius opinionis videtur eſſe ſanctus Tho. do-
ctor ſubtilis/Durādus/Gerſon/⁊ pleriqꝫ alij. et
Alexā. de ales parte. iiij. q. xxxij. dicit. Sunt autē
plura alia grana tritici habētia ſolūmodo diffe-
rentias accidētales: vt forte ſpelta et candith: de
quibꝰ cōfici licet: ⁊ cōficitur in quibuſdā terris.
Cui ꝯſentit Durandus/credēs probabiliter iter
ſpeltā ⁊ triticū ſolū eſſe differētiā accidentalē cō
tra ſanctū Thomā: cuius probalitas ex cōi dicto
vulgari accipitur: quo dicitur ꝙ in quibuſdā par
tibus ſeminato tritico in certos agros naſcitur
ſpelta: qđ vr̄ argumentuꝫ idētitatis ſm̄ ſpeciem
qꝛ ex granis ⁊ ſeminibꝰ generātur vt frequēter ſi
milia ſm̄ ſpeciē. Deducitur etiā hec idētitas ſpe
cifica ex multitudine accidētiū propriorū ⁊ ꝯmu
niū ſpelte ⁊ tritici. Multū ſiquidem appropin-
quant quoad quātitatē: figurā ⁊ colorē: ⁊ quoad
alia: q̄ etiā ꝗ̄uis remote: indicāt tm̄ diuerſitateꝫ Albertus.
et idētitatē in forma ſpecifica. ¶ Dn̄s Albertus
dicit in quarto: ꝙ ꝗ̄uis ſpelta ſit alteriꝰ ſpeciei a
tritico: eſt tm̄ panis de ſpelta materia apta et ve-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

re conſecrabilis. Et hoc qꝛ ſpelta eſt ſpecies fru-
mēti. Addit ꝙ ſi chriſtus vſus eſt pane triticeo:
tñ̄ i tali vſu videt̄ dediſſe virtutē generi ſm̄ oēm
ſuam ſpeciē. ¶ Sed illud dicit Durādus: nō vi-
det̄ bene dictū: qꝛ in certis ſacramentis illud qđ
aſſumitur pro materia ſicut eſt vnū nōie: ita eſt
vnū ſpecie: ſicut patet de aqua baptiſmi: et oleo
extreme vnctionis. Nō em̄ niſi aqua elemētaris
materia eſt baptiſmi: ⁊ nō niſi oleum oliue: mate
ria vnctionis: nō oleū nucū: aut ſeminis rapax:
oportet ergo ꝙ panis qui eſt materia huius ſa-
cramenti/ ſit idē ſm̄ ſpeciem: nec ſufficit idētitas
ſm̄ gen⁹. ¶ Thomas de argētina dicit. Vellē qđ
in iſto puncto: ⁊ in q̇buſlibet alijs in q̇b⁹ tractat̄
de his q̄ ad neceſſitatē pertinēt ſacramētorū: ſi-
ne quibus nō putat̄ eſſe veritas in ſacramentis:
doc. nūq̄ ſibi cōtradiceret: ⁊ ſicubi hoc fieri cō-
tingeret: ꝙ eccleſia Romana ꝑ determinationē
ſuaȝ remediū adhiberet. Huic addit duo dicta.
Primū ꝙ cōſulti⁹ eſt ꝙ ſacerdos in ſua cōſecra-
tione vtat̄ pane triticeo: qꝛ oēs doctores xp̄iani
fatent̄ talē panē cōuerti in corp⁹ dn̄i: ꝓlatis cer-
tis v̄bis a miniſtro idoneo. Multi aūt ⁊ magni
doctores ⁊ ſolēnes negāt panem ſpelticeū in xp̄i
corp⁹ ꝯuerti. Scđm dictū eſt: ꝙ nō ꝓbat̄ ſufficiē-
ter ꝑ alios iſta negatiua: ꝙ panis ſpeltice⁹ nō eſt
cōſecrabilis. ¶ Ad cui⁹ intellectū ſciēdū fore di-
Iſido. cit: ꝙ ſm̄ Iſido. li. xvij. etymo. c. iiij. frumētū eſt in
plus q̄ triticū. vñ dicit Iſido. Frumēta q̄ ariſtas
habēt: reliqua vero q̄ ariſtas non habēt: fruges
appellant̄. Ideoq̄ȝ dicit ibidē ſiligines: et multa
ſilia de genere eſſe frumētorum: eo ꝙ ariſtas ha-
bēt: imo ipſuȝ triticū genus dici frumēti multas
habēs ſpēs. Vñ dicit. Siligo gen⁹ tritici a ſelecto
dictū: nā in pane ſpēs ei⁹ precipua eſt. Et de or-
deo trimēſi dicit. Trimēſe triticū ideo nūcupa-
tū: qꝛ ſatū poſt tres mēſes colligit̄. ¶ D Cū igit̄
neqȝ ex fide: neqȝ ex ſacra ſcriptura: neqȝ ex ſtatu
to eccl̄ie in decreto aut decretalib⁹ cōtento: neqȝ
ex originalib⁹ ſanctoꝝ doctoꝝ haberi poſſit: qđ
ſolus panis tritice⁹ ſit materia cōſecrabilis: non
probat̄ ſufficiēter hec negatiua: ꝙ panis de ſpel-
ta nō ſit cōſecrabilis. Vñ de ſum. tri. ⁊ fi. cat. vbi
fit mētio ſpālis de hoc venerabili ſacramēto: nō
fit limitatio materie ad panē triticeū. Silr̄ in. c.
cū marthe. de cele. miſſa. hec arctatio nō ponit̄:
vbi ſingulariter de hoc ſacro ꝑtractat̄. Neqȝ in
decretis de ꝯſe. diſt. ij. limitatio ad panē triticeū
reperit̄: vbi rō diffuſe de hoc ſacro agit̄: vt patet
Improbatio quorundam. etiā in ca. ſupra allegatis. Silr̄ ex euāgelijs aliud
haberi nō pōt: qꝛ nullibi habet̄ determinatio: lo
cutio de materia hui⁹ ſacramēti: q̄ qđ dicit̄. Ac-
cepit ieſus panē. Nō aūt videt̄ q̇n panis ſit vni-
uocū ad oēm panē vſualē: ſiue ſit de tritico: ſpel-
ta: ſiligine vel ordeo. Sicut ⁊ frumētū vniuocum
eſſe videt̄ ad triticū: ſpeltā: ſiliginē ⁊ ordeū: q̄uis
hec ſeſe excedāt in perfectiōe: ſicut hō: aſin⁹: leo:
de q̇bus vniuoce dr̄ aīal. Ex quo videt̄ ꝯcludi: qđ
nō valet dictū quorūdā dicentiū: ꝙ frumētū q̄ñ
per ſe ſtat ponit̄ ꝓ ſuo ſignificato famoſiori ſiue
digniori qđ eſt triticū: qꝛ illa regula habet verita
tē tm̄ in analogis: q̄ ſunt vere equoca: nō in vni-
uocis. Nunc aūt frumētū nō eſt analogū: qꝛ nec
equocū ad triticū: ſpeltā: ſiliginē ⁊c. q̄uis ſit ana
logia q̇dā ꝑfectiōis iter ſignificata ſua: ſicut ge-
neraliter in ſignificatis ꝑ q̇dcūqȝ gen⁹. Gen⁹ ſi-
quidē plures ſub ſe ꝯtinet ſpēs ꝑfectiōe differen-
tes: cū nulle due ſpēs ſint eiuſdem ꝑfectionis: qꝛ
habēt ſe vt numeri. viij. metaphyſice. Nec tñ̄ pro
pter hoc gen⁹ per ſe poſitū/ ſtat ꝓ ſpecie ꝑfectio-
ri: vt patet de aīal: lapis: brutū ⁊c. Nō em̄ ſequit̄:
eſt aīal: ergo ē hō. Nec ſequit̄: nō eſt hō: ergo nō
eſt aīal. Quō ſequeret̄ i analogis: eſt hō: ergo eſt
hō viu⁹. Et ſequit̄: nō eſt hō viu⁹: ergo nō eſt hō:
immo ſequit̄: eſt hō pictus: ergo nō eſt hō. Sic in
propoſito nō ſequit̄: hoc eſt frumētū: ergo eſt tri-
ticū. Nec ſequit̄ hoc nō eſt triticū: ſiue hoc ē ſpel
ta: ergo nō ē frumētū: cū vt dictū eſt frumētū vni
uoce dicat̄ de oīb⁹ hn̄tib⁹ ariſtas ēt apud vulgū.
¶ E Videt̄ igit̄ ſufficere ad hoc qđ aliq̇d ſit ma-
teria apta cōſecrationis: ꝙ ſit panis: dū tñ̄ ſit de
granis ariſtarū. Hinc panis coctus de fabis: pi
ſis: lentib⁹: vel alio legumine nō habēte ariſtas:
nō eſt cōſecrabilis. Hinc de cōſe. diſt. ij. in. c. in ſa
cramēto. ꝟ. allegato habet̄. Nec amplius i ſacri-
ficijs offerat̄: q̄ de vuis ⁊ frumentis. Pro illo fa-
cit ꝙ apparat⁹ illius decreti nō excludit ab hoc
benedicto ſacro aliqđ verū frumentū: ſed dūta-
xat piper ⁊ loliū. ¶ Ad hoc pōt rō adduci. San-
cta mr̄ eccl̄ia ſatagens filios ſuos in honorē ſui
ſpōſi educare: vbi cōſpicit occaſionē ruine vl̄ de-
uiatiōis: monitis ſalutarib⁹ ⁊ ſtatutꝭ ſolicita eſt
obuiare: ⁊ vbi maius periculū iminet: ꝓuidet vi
gilātius. Multa aūt ſtatuta edidit circa hoc ſa-
cramētū venerabile: puta ꝙ ſacerdos ſit ieiun⁹:
ꝙ certis ⁊ benedictis vtat̄ veſtib⁹: ꝙ nō celebret
niſi i loco ꝯſecrato nō interdicto/ ꝙ nō niſi in al-
tari lapideo chriſmatis vnctiōe bn̄dicto: nō niſi
tp̄e certo: nec ſine igne ⁊ miniſtro. Et circa ſacra
mentum ſanguinis multa ſunt ſtatuta: ꝙ ſcȝ vi-
no aqua apponat̄: ꝙ non in calice ligneo: vitreo
aut cupreo celebret̄: aut cōſecratus ſimul ſumat̄
et cetera multa: quorū tñ̄ nullū eſt de veritate ac
neceſſitate ſacramēti: q̇n ſine quolibet horū: im-
mo ſine oībus ſimul ſacerdos de facto ſi attēta-
ret ꝯſecrare: vere cōficeret: qꝛ tñ̄ illa ꝯferūt ad re-
uerentiā ⁊ honorē xp̄i ⁊ deuotionē ppl̄i: ſiue ad
quaſdā ſignificationes myſticas: placuit eccl̄ie
ea oīa i ꝯſecratiōe tā digni ac ineffabilꝭ ſacri ob-
ſeruare: ſed ſi materia conſecrationis corporis xp̄i
eſt ſolus panis triticeus: longe maius periculuȝ
eſſet ip̄m nō aſſumere: q̄ in cōſecratiōe ſanguis
vti vino aqua non permixto: aut pretermittere
quodlibet predictoꝝ. Qm̄ ꝑ aſſumptionē panis
non triticei: omitteretur aliquid eſſentiale: ac qđ
foret de neceſſitate ſacramenti: quo fruſtraretur
totus effectus cōſecrationis: qꝛ nihil fieret: eo ꝙ
deficeret debita materia. In alijs aūt tm̄ omitte
retur aliquid requiſituȝ de bene eſſe ſacramenti
vel cōſecrantis: ⁊ tamē nullibi reperitur eccleſiaȝ
precepiſſe vt ſolus panis triticeus ad corporis xp̄i
cōſecrationem aſſumatur: et eccleſia prouida cir
ca minus neceſſaria negligens eſſet circa neceſ-
ſaria: et prohiberet ſcillā/ et relinq̄ret carybdim:
qđ de eccleſia ſponſa xp̄i: que ſponſi ſui ſpū regit̄
nefas eſt cogitare. Maxime etiam cum ante mul
tos annoꝝ cētenarios hoc ipſum apud catholi-
cos doctores ſolennes verſum eſt in dubium: vt
ptȝ de Alberto magno ⁊ ſequacib⁹ ſuis. ¶ F Vi-
detur igitur probabile ꝙ panis vſualis de frumē
to confectus: ſiue ſit de ſpelta: vel de alio frumē-
to: ſit apta materia conſecrationis. Nihil enim
plus conuincitur ex euangelijs: niſi qđ chriſtus
accepit panē. Neqȝ aliquis ſctōꝝ doctorū ex ori-
ginalibus determinatius locutus eſt: vnde non
videtur tutū ac ſecurū quēcūqȝ ſcholaſticū do-
ctorē etiam acerrimi ingenij ac profunde ſciētie
diffinire hanc negatiuā: ⁊ determinare ꝙ panis
de ſpelta: aut alio vero frumēto: nō eſt apta ma-
teria conſecrationis: cum vt dictū eſt: ad hoc nō
habeat̄ euidēs canonis auctoritas: nec diuia re
uelatio: nec cogens rō: nec eccl̄ie determinatio.

Deniqȝ

Doctor ſubtilis.

¶ Deniqꝫ periculoſum videtur: vt in ſili arguit doctor ſubtilis in .i. diſt. xxvi. periculoſuꝫ inquā eſt articulū fidei limitare vel reſtringere ad certū intellectū ſpālem: dū ſaluari poteſt in generali. Hic em̄ faceret a fide apoſtatare: cum aliquid in hoc ſenſu credendū ꝓponeretur: vbi ſine repugnātia ſcripture rōnis ꝛ autoritatis in alio ſane intelligi poſſet. Hoc preterea eſſet credibile: certū ponere in dubiuꝫ ꝛ incertitudinē. Non enim certū eſt qđ ex incerto depēdet: hoc aūt in propoſito fieret. Certū quideꝫ eſt ex ſcriptura ſacra qđ xp̄s cōſecrans corpus ſuū: accepit panē: qm̄ hoc euāgeliſte ſcribūt. Dicere aūt ꝙ hoc nō ſaluatur niſi in iſto ſenſu particulari ꝙ accepit panē triticeū: ꝛ illū per hoc tanq̄ materiā cōſecratiōis inſtituit: eſt trahere certū ad dubiū: q2 ille particularis ſenſus (vt dictū eſt) ex nullo autētico poteſt deduci.

ADDITIO. *¶ Quid agēdū ſi panis appoſitus ꝑcipiatur eſſe corruptꝰ. Sol. Quia panis corruptꝰ dr̄ q̄ ſubſtātiā ꝛ ſpēz panis ꝑdidit vel ex putrefactiōe / vel vetuſtate / vel alio hmōi / qđ ꝑcipi poteſt / cū cōtinuitas ſolnitur: ꝛ ſapor odor / color aliaqꝫ accidētia mutata ſunt: iō nō ē panis neqꝫ ꝯſecrabilis.

*¶ Difficile quidē eſt et forte īpoſſibile xp̄m vſum fuiſſe in conſecratione pane triticeo. Hoc tn̄ poſito adhuc certū nō eſt: neqꝫ euidēs: xp̄m per hūc vſum determinate hūc panē vt materiā conſecrationis inſtituiſſe: ꝛ nō potius oēm panem: immo ſi hoc feciſſet: veriſimile eſt euangeliſtas hoc determinate expreſſiſſe: ꝛ nō in quadā generalitate explicuiſſe: ex qua in dubiū quid ꝛ qualiter xp̄s fecit: rōnabiliter poſſet reuocari: qūo eccleſiā ſic in incerto reliquiſſet: maxime in aliquo ſimpliciter neceſſario requiſito ad ſacramenti veritatē. ¶ Preterea xp̄s in cōſecratione calicis vſus eſt vino mixto cū aqua: vt inferiꝰ patebit: nemo tn̄ dicit aquā cū vino eſſe materiam neceſſariam ſacramēti ſanguinis ex tali vſu: ſed vinum dūtaxat. ¶ Amplius: xp̄s (ponamꝰ) vſus eſt vino albo in cōſecratione ſanguinis: ꝛ q̄s dicet ex tali vſu vinū rubeū nō eſſe materiā aptam cōſecrationi: cū tn̄ ꝓbabile ſit vinū rubeū differre ſpecie a vino albo: ꝓpter diuerſas ꝓprietates ꝛ operationes quas habēt: q̄ diuerſitatē vt videt̄ arguunt quarūdā qualitatū ꝓpriarū cōſequentium formas ſpecificas diuerſas. Uinū q̄ppe rubeum (vt fertur) cōſtipat: albū laxat: qđ nō cōpetit eis ex aliquo humano artificio aut induſtria: ſed ex naturali ꝓprietate: q̄ formā cōſequit̄ ſpecificā. Immo forte nō oīa vina alba ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: ſicut nec om̄ia pira: nec omnia poma: vbi arguitur diuerſitas ex vapore: teneritudine folliculorum: vitium: ꝓpaginum: foliorū: que vident̄ tantū differre: quantū arbores diuerſorū fructuū: diuerſorū ſcꝫ pomorū ꝛ diuerſorū pirorū. Accidētia aūt maxime propria / media ſunt arguendi differentiā ſpecificam naturarū quoad nos: qui proprios ſubſtantiarū conceptus nō habemus. Preterea xp̄s ſm̄ omnes doctores: apl̄os ſacerdotes ordinauit: dicens ad eos. Hoc facite in meam cōmemorationē. Facite hoc inquā qđ ego feci. Quid autem fecit xp̄s? Accepit panē ꝛ fregit ꝛc. dicens. Hoc eſt corpus meum. Ergo ſacerdos hoc ipſum nūc faciens: et certa verba proferens: conſecrat: ſicut xp̄s conſecrauit. Accipiens aūt panem de ſpelta: aut alio frumento: accipit panē: ergo conſecrat ſicut xp̄s. ¶ Quod aūt beatus Tho. ꝛ ceteri arguunt xp̄m vſum fuiſſe pane triticeo: non cōcludit propoſitū: q2 hoc certum non habetur. Et ſi hoc poneretur: adhuc nō haberet̄ intētū: q2 de vino hoc nō ſequitur: eſt vſus vino albo: ergo vinū rubeū nō eſt materia ſacramenti ſanguinis: inter que tn̄ apparet differentia ſpecifica. ¶ B Ex eodē fundamento non concludit ratio Durandi dicētis ꝙ materia corporis xp̄i eſt vna ſm̄ nomen: ergo debet eſſe ſm̄ ſpeciem: q2 hoc fallit: vt apparet in materia ſanguinis. Quod autem dicit ſic eſſe in ceteris ſacramentis: propoſitū ſuum non concludit. In baptiſmo quidem ſic eſt: q2 xp̄s inſtituendo materiā baptiſmi: vſus eſt hoc nōie aqua dicens. Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Qđ etiaꝫ ſm̄ Porphi. eſt ſpecies ſpecialiſſima: dicēte ph̄o in topi. Omnis aqua omni aque eſt eadem ſpecie. Inſtituendo aūt materiā corporis xp̄i: dicūt euāgeliſte: ꝙ accepit panē: vtunt̄ ibi euangeliſte nomine panis: qđ genus eſſe videt̄ ſub ſe certas continēs ſpecies. ¶ Qđ dicit de materia vnctionis: ꝙ ſit oleū oliuarū nō oleū nucū: ſi hoc veruꝫ eſt: habetur ex determinatiōe eccleſie: q̄ ſi in ꝓpoſito haberet̄ ceſſaret queſtio: ſed ſi nō habetur: nec ſancti hoc exprimūt: ſtat dubiū ibi ſicut hic. Dum addit ꝙ vſus panis triticei ab apoſtolis ad nos vſqꝫ deſcendit: non videtur hoc vniuerſaliter verū: cū dicat Alexā. de Ales pte. iiij. q. xxxij. membro. iiij. ꝙ in quibuſdam terris conficit̄ de ſpelta ꝛ candith. Hic ritꝰ quoad panē triticeū q̄ ad nos deſcēdit: forte plus itroductus eſt ꝓpter reuerentiam ſacramenti: q̄ꝫ propter neceſſitatē: q2 triticum eſt nobilior ſpecies frumenti: ea propter plusq̄ꝫ alia frumēta eſt aſſumptū. Sicut laudabiliter in quibuſdā bene ordinatis eccleſijs vinū optimū qđ ex crementis haberi pōt: datur celebrantibus ꝓpter reuerentiam magis q̄ꝫ neceſſitatē. ¶ Quod etiā adducit̄ cōparatio xp̄i: qua comparauit ſe grano frumenti: nihil videtur facere ad propoſitum: q2 non comparauit ſe grano tritici: ſed grano frumenti indifferenter ꝛ indiſtincte. Pro quo facit autoritas allegata Aug. dicētis. Cū multa ſunt genera frugū: nulli ſe cōparat niſi illi: volēs per hoc a cōparatione ſecludere fruges nō verū frumentū. Et preterea ex tali cōparatione nullꝰ panis factus eſt materia ſacramenti: ſed ex ſpeciali inſtitutione xp̄i materia eius effecta eſt. ¶ Et qđ dicit beatꝰ Aug. ꝙ inde cepit mos eccleſie in tali grano conficere: verum eſt: ꝛ hoc inſtitutione ſubſequente: que ſi ſubſecuta non fuiſſet: quis panē aſſumeret ad conſecrādum corpus xp̄i? Hec dicta non tanq̄ꝫ concluſio certa accipiantur ꝛ ſufficienter ꝓbata: ſed tanq̄ꝫ ꝓbabiliter cauſa ſcholaſtici exercitij adducta: et neqꝫ eccleſie determinationi: nec canonice ſcripture: neqꝫ originaliū patrum ſanctorum dictis repugnantia: melius ſentiēti in nullo preiudicātia. Hec de materia primi dubij. ¶ H Quantuꝫ ad ſcđm dubium: de quātitate materie. Dicunt quidam ꝙ ſacerdos nō poteſt conſecrare materiam panis niſi in determinata quātitate: in tanta ſcꝫ quanta cedere debet in vſum fidelium. Cuius rationē aſſignant ex verbis Hugonis de ſancto victore. Sacramētuꝫ irritū reputat̄ ſi contra inſtitutionem celebretur. Debet igitur intentio miniſtri (aiūt) concordare inſtitutioni ſacramēti. Inſtitutio autem ſacramenti eſt ꝓpter vſum fidelium: vt ſcꝫ vtantur ipſo in ꝑfectum gratie ꝛ virtutū: igit̄ ſi miniſter intendat conſecrare tātū panem quātus cedit in vſum fideliū: verū eſt ſacramētum: aliter non. ¶ Preterea miniſtris eccleſie data eſt ptās: non in irriſionē fidei ꝛ ſacramētorū: ſed in edificationē eccleſie ꝛ fideliuꝫ: ſm̄ apl̄m. ij. Cor. x. Poteſtatē dedit nobis dn̄s ī edificationem: ꝛ nō in deſtructionē. Sed irriſio eſſet fidei ꝛ ſacramenti: ſi ſacerdos ꝯſecrare poſſet totū panem qui eſt in foro: ꝛ omne vinum qđ eſt in cellario. Sed rn̄ſio illa alijs nō placet: naꝫ vt arguit btūs Tho. pte. iij. q. lxxiiij. ar. ij. Si ſacerdos intēdat ꝯſecrare ꝓpter finē malū vt irrideat: veneficia faciat: aut incātet: nihilominꝰ ꝓpter po-

Alexan. de Ales.

Auguſti.

Hugo de ſctō victore.

Thomas aquinas.

teſtatem ſibi datã perficit ſacrm̃: et tñ hec intentio magis eſt difformis iſtitutiõi ꝙ̃ prior. ¶ Preterea intentio miniſtri requiritur ad ſacramenti ꝑfectionẽ: ſed nõ quecũqꝫ: ſed illa q̃ eſt de his q̃ intrinſece pertinent ad ipm̃: ⁊ nõ illa q̃ eſt de cõtingentibus. Nã ſi qs baptizaret puerũ non ea intentione vt baptizat⁹ cõſequeretur ſalutẽ: ſed cupiditate pecuniarũ: vel alia ꝑuerſa intẽtione: puta qꝛ baptiſmũ ad ſalutẽ nil credit ꝓficere: huius intentionis defect⁹ effectũ ſacramẽti nõ euacuat: quo minus ſit vere ſacrm̃: dũ tñ ſeruat formã et ritũ eccleſie: intendẽs qđ eccleſia facere cõſueuit: ꝙ̃uis baptiſmũ nihil valere credat: vt. ſ. dictũ eſt lec. vj. Propter qđ etiã beat⁹ Augu. concedit hereticos baptizare. Sic in ꝓpoſito vſus ſacramẽti eucharistie nõ eſt de illis q̃ ſunt intrinſeca ſacramẽto: cum illud ſacramentũ quoad fieri cõſiſtat preciſe in cõſecratione materie: imo ꝑ vſum deſinit eſſe ſacramẽtũ: ⁊ nõ conſiſtit in vſu ſicut cetera ſacramẽta. Ideo intẽtio de vſu ſacramenti nõ eſt de neceſſitate ſacramẽti. ¶ Qđ aũt dicit Hugo de ſancto victo. ꝙ ſacrm̃ irritũ habetur ſi ꝯtra inſtitutionẽ celebreť: intelligendũ eſt qñ celebrať cũ omiſſione eoꝝ q̃ inſtituta ſunt obſeruari: tanꝙ̃ ꝑtinentia ad neceſſitatẽ ⁊ eſſentiã ſacramenti: de quoꝝ numero nõ eſt intentio vſus ſacramenti. ¶ Diciť ergo ſm̃ illos: ꝙ quilibet ſacerdos põt cõſecrare panẽ in tãta quãtitate: quantã põt habere preſentẽ. Cuius ratio eſt qꝛ concurrentibus oĩbus que ſunt de neceſſitate ſacramẽti: eſt verũ ſacrm̃: ſed pane quantũcũqꝫ magno preſente ſacerdoti: ſi ipſum cõſecrare intendat: ⁊ profert verba ad hoc a xp̃o inſtituta: iã concurrũt oĩa q̃ ꝑtinent ad hoc ſacrm̃ intrinſece ⁊ q̃ abſolute requiruntur: ergo vere cõficit. ¶ Dicitur aũt notanter: quãtocũqꝫ pane preſente: qꝛ panẽ abſentem etiã modice quãtitatis ꝯſecrare nõ poteſt. Hinc ſacerdos exiſtens in eccl'ia non poteſt cõſecrare panem in foro. Cũ eñ forme verborum cõſecrationis cõtineãt in ſe ꝓnomen demonſtratiuũ: ideoqꝫ requirit preſentiã materie cõſecrande. ¶ Et per hoc ad ſcđm argumẽtũ inductũ rñdetur: ꝙ lꝫ miniſtris eccleſie nõ ſit data poteſtas ꝓpter hoc vt abutanť: nihilominus tñ abuti poſſunt: tã illa q̃ eſt iuriſditionis: ꝙ̃ illa q̃ eſt conſecrationis. Sententia eſt beati Tho. et Durandi. ¶ De tertio dubio: qualitate ſcꝫ materie panis: vtrum in azymis ſeu fermentatis confici poſſit: ſatis dictũ eſt precedenti lectione: ideo de hoc non plura.

Materia ꝯſecratiõis ſanguinis.

¶ I Placet ſimul tractare de materia conſecrationis ſanguinis: ne eorundem repetitio faſtidiũ ingerat relegenti. Eſt aũt materia conſecrationis ſanguinis/vinum de vua vitis expreſſum. Ratio ꝑncipalis eſt inſtitutio xp̃i: qui in vino vitis hoc ſacramentum inſtituit. vnde Luc. xxij. Accepto calice dixit. Dico vobis: nõ bibam de generatione vitis donec regnũ dei veniat.

Mar. xiiij.

⁊ Mar. xiiij. Iam non bibam de genimine vitis: vſqꝫ ad diem illũ cum illud bibam nouũ in regno dei. De congruentia poſtea dicetur. ¶ Ex quo ſequiť ꝙ vinũ pomorũ: aut artificiale nõ eſt apta materia conſecratiõis ſanguinis xp̃i: quia non eſt vinum vitis: nec eſt ſimpliciter vinũ: ſed equiuoce ⁊ ſm̃ quid. ¶ Secũdo ſequitur ꝙ vinũ in vua non expreſſum: non eſt materia apta conſecrationis ſanguinis: qꝛ liquor ille in vua magis hꝫ rationem comeſtibilis/ꝙ̃ potabilis. Et de hoc đr de ꝯſecra. diſtin. ij. didicimus. ⁊ ca. ſequẽ. cũ omne. vbi prohibetur cõiunctio vuarũ in hoc ſacrificio: ⁊ cõceditur in neceſſitate expreſſio vini de botro in calice. ¶ Sequiť tertio qđ agreſta nõ põt eſſe huius ſacri materia: qꝛ nõdũ hꝫ vini ſpeciẽ: ſed eſt in via ad vini generationẽ: ⁊ ꝙ̃uis nõ videatur differre niſi per maturum ⁊ immaturũ: hoc tñ arguit diuerſitatẽ ſpecificam. Requiritur eñ ad veritatẽ vini: ꝙ ſit digeſtũ in vua: nã digeſtũ ⁊ indigeſtũ variat ſpeciem. Agreſta aũt non eſt digeſta: iđ ſicut nõ ex paſta corpus: ita nec ex agreſta ſanguis dñi conficiť. ¶ Quarto ſequiť ꝙ nec acetũ eſt materia ꝯſecrabilis. Patꝫ: qꝛ nõ eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ vino: ſed eſt vinũ corruptũ: vñ non ſit reditus de aceto in vinum. Verũ Alexan. de ales diſtinguit de aceto: qꝛ vel deductũ eſt ad vltimũ corruptionis a qua non contingit regredi in vinũ: qđ ſimpliciter eſt alterius ſpeciei: ⁊ de illo ſanguis xp̃i nõ conficiť. Vel nondũ ad tantã corruptionẽ eſt deductũ: ſed eſt quaſi vinũ acidũ nondũ plene corruptũ: ⁊ de illo poteſt fieri cõſecratio. Ad hoc allegat Innocen. dicentem. Licet diligẽti ſtudio vinũ optimum ſit inqnirendũ vt in ſacrificiũ offeratur: vitiũ tamẽ vini nõ maculat mundiciã ſacramenti. Quocirca ſiue nouũ vinum: qđ đr muſtum: ſiue vinũ acidum: qđ appellatur acetum in ſacrificiũ offerať: ſacramẽtũ cõficitur: ⁊ diuinitus cõſecratur. Et dicit Alexã. ꝙ in aliquibus regionibus ſolũ conficitur ex aceto: qꝛ ad illas regiones non põt deferri vinũ manẽs in ſuo eſſe potiſſimo. Item quedã glo. de cõſe. di. ij. ſicut. i. dicit. De aceto cõficitur ſi ex vino factum fuerit: aľs nõ: qꝛ prope eadem vſia eſt. Ex quibus tñ ſi caute attendantur verba: manifeſtũ eſt ꝙ nõ loquũtur de aceto proprie: qđ iam vini ſpeciem mutauit: ſed de aceto large. i. de vino acido/qđ eſt in via ad corruptionem: nondũ corruptum: ſed adhuc propriã ſpeciem vini ſeruans. ¶ Quinto ſequiť ꝙ in muſto põt fieri cõſecratio qꝛ muſtum vinum eſt qđ atteſtať eius dulcedo: q̃ ſignum eſt digeſtionis: ⁊ proprietas q̃ vini facit opus. Nã letificat: calefacit: ⁊ inebriat: qđ vini ſpeciẽ arguit. Nõ tñ vſqꝫquaqꝫ cautũ eſt qualecũqꝫ muſtũ aſſumere ꝓpter eius impuritatẽ: qꝛ feces cõmixte ſubſtantie vini in ſanguinẽ nõ cõuertuntur: ſed dumtaxat ſubſtãtia vini. Idcirco magis videtur ad reuerẽtiam huius ſacramenti pertinere vinum purũ ⁊ defecatũ: ꝙ̃ vinũ nouũ ſiue muſtum turbidũ. ¶ K Sed dubia quedam circa hanc materiã occurrunt. Primũ: vtrum ſolum vinum ſit materia apta conſecrationis: an requiratur aque admixtio? Scđm: vtrũ aqua vino admixta in ſanguinẽ cõuertať? Quod autem aqua requiratur de neceſſitate ſacramenti: ita ꝙ ſine aque admixtiõe vinũ nõ cõuertať in ſanguinẽ: arguitur multis medijs. Primo autoritate canonis: nam Alex. papa/vt habeť de cõſe. diſt. ij. c. j. omnibus orthodoxis ſcribens: dicit. Non debet in calice dñi aut vinum ſolum: aut aqua ſola offerri: ſꝫ vtrũqꝫ ꝑmixtũ: qꝛ vtrũqꝫ ex latere ei⁹ in paſſione ſua ꝓfluxiſſe legiť. Et Cyprianus papa eadem diſtin. c. ſicut. j. dicit. In ſacrificando calicem dñi offerri ſola aqua nõ põt: qũo nec vinum ſolũ põt. Nã ſi vinũ tm̃ qs offerat: ſanguis xp̃i incipit eſſe ſine xp̃o. Qñ eñ vtrũqꝫ miſceť/⁊ adunatione cõfuſa ſibi inuicẽ copulantur: tunc ſacrm̃ ⁊ ſpũale ⁊ celeſte efficitur. Et ſtatim ſequitur. Sic vero calix dñi nõ eſt aqua ſola et vinũ ſolum: niſi vtrũqꝫ miſceatur: quomodo nec corpus dñi poteſt eſſe ſola farina: niſi vtrunqꝫ adunatũ fuerit ⁊ copulatum/⁊ panis vnius compage ſolidatũ. Ex his arguiť ſic. Ex aqua ſola nõ poteſt confici ſanguis xp̃i: igitur nec ex vino. Dicit enim quod aqua ſola nõ põt offerri ſicut nec vinũ ſolũ. Silr ex alia ſilitudine. Ex farina ſine aſꝑſione nõ põt

Attende de aceto.

Innocen.

Alexan.

confici

conficí corpus xp̄i:igitur nec ſanguis ex vino ſi-
ne aqua. Dicit enim: calix dn̄i non eſt vinum ſo-
lum : ſicut nec corpus dn̄i poteſt eſſe ſola farina.
Cõcordat Julius papa eadem diſt.cū omne. vbi
dicit. Non poteſt calix dn̄i aqua ſola eſſe aut vi-
nū ſolū:niſi vtrūqꝫ miſceatur. Et quaſi rõnem p̄
miſit . Cum in calice inquit vino aqua miſcetur:
chriſto ppl's adunatur: ꝛ credentium plebs ei in
quē credit:copulaẛ. Sequitur. Nam ſi vinum tm̄
quis offerat: ſanguis xp̄i incipit eſſe ſine nobis.
Si vero aqua ſit ſola:plebs incipit eſſe ſine chri-
ſto. facit ad idem Martinus papa eadem diſti.
nõ oportꝫ. vbi dicitur. Non oportet aliud aliq̄d
in ſacramento offerri preter vinū ꝛ aquā ꝛ panē:
que in typo chriſti bn̄dicuntur : qꝛ dum in cruce
chriſtus pēderet:de corpore eius effluxit ſanguis
ꝛ aqua:hec tria vnū ſunt in chriſto ieſu. Hec ho-
ſtia ꝛ oblatio dei in odorē ſuauitatis. Silr̄ habe-
tur in ca. ſtatim ſequente. ¶ Itē rõne ad idē: aut
chriſtus inſtituit aquā admiſceri vino: aut non.
Si primū:igitur videtur neceſſario apponenda:
qꝛ nihil aliud offerre licet: ꝙ̄ quod dn̄s tradidit:
eadē diſt.in ſacramento. Si ſm: tūc temeraria p̄
ſumptiõe apponiẛ ab eccl'ia Romana ; qꝛ ſacra-
menta neqꝫ inſtituere hꝫ:nec mutare: vt.ſ̄. pba-
tū eſt lectione. ¶ Itē illud eſt de ſubſtantia ſacra
menti qd̄ directe ducit in illud ꝓpter quod inſti-
tutum eſt ſacramentū:ſed hoc ſacramentū inſti-
tutū eſt in recordationē paſſionis dn̄ice. Lu.xxij.
Hoc facite in meā ꝯmemorationē. Hoc autē fa-
cit aqua in hoc ſacramēto vt ex canone Alexā. pa
pe patꝫ ſupra allegato. Itē res hui⁹ ſacramēti ne
ceſſario ſignificari debet ipſo ſacramēto: ſed res
huius ſacramenti eſt vnio corpis myſtici cum ca
pite. Hec aūt per admixtionē aque ſignificatur:
nā aqua ppl'm ſignificat fidelē. Apo.xvij. Aquas (Apo.xvij.)
quas vidiſti ppl'i ſunt : vn̄ Beda ſuper Marcū. (Beda.)
Quia nos i xp̄o:ꝛ chriſtū in nobis manere opor-
tet:vinū cū aqua miſceẛ:qꝛ teſte Joan. aq̄ populi
ſunt. ¶ L Sed iſtis nõ obſtantibus: rn̄detur ad
dubiū : ꝙ aque admixtio nõ eſt de neceſſitate ſa-
cramenti: licet ſit de neceſſitate miniſtri ꝯſecran
tis. Diſtinctio harū neceſſitatū ſupra lectione.i.
declarata eſt. Primū patet per magiſtrū.iiij.ſen-
tentiarꝫ diſt.xi. Si quis nõ intendēs introducere
hereſim obliuione/aut ignorantia aquā p̄termi-
ſerit:nõ videẛ irritū eſſe ſacramentū:ſed ille gra-
uiter eſt corripiēdus. Ad hoc facit autoritas Cy-
priani pape de ꝯſe.diſt.ij.ſcriptura : vbi dicit. Si
quis de anteceſſoribus noſtris vel ignoranter vl'
ſimpliciter hoc nõ ſeruauerit : ꝛ tenuerit qd̄ nos
dn̄s facere exemplo ꝛ magiſterio docuit:põt ſim-
plicitati eiuſdē indulgentia dn̄i venia ꝯcedi. No
bis vero nõ põt ignoſci qui nūc a dn̄o admoniti
ꝛ inſtructi ſumus:vt calicē dn̄i cum vino mixtū
(ſm ꝙ dn̄s obtulit)offeramus. Non aūt ignorā
tia vel ſimplicitas excuſaret:ſi aqua nõ appoſita
nõ fieret ꝯſecratio. Item dicitur grecus aquā nõ
apponere:ꝛ tamē non negat eccleſia latinorꝫ eos
vere cõficere. Item nihil eſt de neceſſitate huius
ſacramenti materialiter qd̄ nõ remanet:neqꝫ ſm
ſubſtantiā:neqꝫ ſm accidēs : ſed aqua admixta
nõ manet ſm ſubſtantiā : qꝛ ꝯuertitur in vinum
neqꝫ ſm accidēs:qꝛ non manet odor neqꝫ ſapor.
Panis vero ꝛ vinū etſi tranſeūt ſm ſubſtantiā:
manent tm̄ ſm accidentia ꝛ ꝓprietates . ¶ Itē in
nullo euangelio legiẛ dn̄m appoſuiſſe aquā vino
in inſtitutione hui⁹ ſacramēti : ſed ſolū cõfeciſſe
de pane ꝛ vino. Si aūt eſſet aqua de ſubſtātia ſa-
cramēti:vtiqꝫ facta eſſet mētio ſicut de pane ꝛ vi
no. ¶ Itē in ſacramētis noue legis/nihil ē de ſub
ſtantia ex parte ſacramentorꝫ niſi quod efficit qd̄
figurat:ſed aqua appoſita nihil efficit:qꝛ nec ve-
rum corpus: nec myſticum:quia effectiue ꝛ ſigni
ficatiue eſt ibi vtrūqꝫ : etiā ſi aqua nõ apponaẛ.
¶ M Scd̄m ſcꝫ ꝙ aqua ſit apponēda: ꝛ ſi mini-
ſter non apponeret:grauiter peccaret. Patet ſa-
tis ex allegationibus in p̄ncipio dubij adductis
tum quia contra eccleſie preceptū multipliciter
expreſſum ageret: tum quia ſine aqua celebrādo
xp̄m non imitaretur: tum quia dn̄icam paſſionē (Damaſce.)
nõ ſufficienter exprimeret:tū quia ſignificatiões
myſticas tolleret. ¶ Chriſtus ſiquidē quoad ſm
creditur vinū cum aqua miſcuiſſe anteꝙ̄ vinum
in propriū ſanguinē conuertiſſet:vnde Damaſc.
iiij.ſniarꝫ ſuarū. Chriſtus inquit calicem ex aqua
ꝛ vino mixtū tradidit diſcipulis ſuis:dicēs. Bi-
bite ex hoc oēs:hic ē calix ſanguinis mei. Cui cõ-
ſonat illud. In ſacramento corporis ꝛ ſanguinis
dn̄i nihil amplius offeraẛ : ꝙ̄ quod ipſe dn̄s tra-
didit:hoc eſt panis ꝛ vinū aqua mixtum : de ꝯſe.
diſt.ij.in ſacramēto. Ad idē facit.c.ſcriptura. ea-
dē diſt. Quotienſcūqꝫ calicē in ꝯmemorationem
dn̄i/ꝛ paſſionis eius offerimus:id qd̄ cõſtat dn̄m
feciſſe faciamus. Et ſequiẛ. Calicē dn̄i cū vino mi
xtū(ſm qd̄ dn̄s obtulit)offeram⁹. Huius autem
probabilitas ſumiẛ:qꝛ vinū terre illius forte eſt ꝛ
ſubſtantioſum. Cū aūt xp̄s vixit temperatiſſime:
probabile videtur vinum cum aqua miſcuiſſe.*

(ADDITIO. Quid agendū/ſi ſacerdos poſt cõſecrationem recolat/vel dep̄hendat aquam nõ fuiſſe admixtam vino: vtrū vcꝫ ad huc debeat admiſceri? Sol. nullo modꝫ aquā vino ꝯſecrato admiſcere:qꝛ ſeq̄reẛ corruptio ſcī/ad minus in aliq̄ p̄te:qd̄ caueri dꝫ ſi fieri poſſit Sꝫ ꝓcedat ſine admixtiõe aque:admixtio em̄ aq̄ nõ eſt de neceſſitate cõſecrationis ſꝫ ꝯſecrātis)

¶ Deniqꝫ Paſchaſius quantū ad tertiū inquit.
Cur in calice aqua miſceatur:illa per maxime in-
quit cauſa eſt:qꝛ de latere xp̄i:vbi paſſio cõpletur
ſanguis pariter et aqua manauit. Qd̄ certe apl'i
myſteriū plene intelligentes:fiendū in calice cen
ſuerunt:vt nihil deeſſet nobis de ſacramento ad
ꝯmemorationē paſſionis qd̄ tunc extitit in cruce
in ꝯſummatiõe nr̄e redēptiõis. Hoc q̄ad paſſio-
nis ſufficientē expreſſionē. Tolleret etiā myſtica
ſignificatio:ſcꝫ vnio:que vt argutum eſt: aptiſſi-
me per hāc aq̄ admixtionem deſignatur. ¶ Per
hoc ad rões in oppm̄ factas: q̄ ꝓbare nituntẛ ꝙ
aqua requiriẛ de neceſſitate ſacramēti. Ad auto-
ritatē Alex. pape:q̄ ad hoc ſonat ꝙ vinū ſolum ſi
ne aqua offerri nõ debet. Et in autoritate Cypria
ni. Nõ põt. Rn̄det Juno. ꝙ v̄ba illa determinari
debent:qꝛ recipiunt exceptionē hoc modo. Non
poteſt niſi ex ſimplicitate ꝛ ignorātia fiat. Ul nõ
põt.i.nõ dꝫ:qꝛ illud dr̄ fieri nõ poſſe:qd̄ de iure ſi
ue licite fieri nõ põt. Solū em̄ vinū legitime ꝛ ſine
p̄cepti trāſgreſſiõe nõ põt offerri. Ita expõit ma-
giſter diſt.xi. quarti ꝛ ceteri doctores. Silr̄ diciẛ
ꝙ illa aduerbia ſic ꝛ ſicut/dicunt nõ omnimodā
ſilitudinē:cū aqua ſola vino ſolo ꝯparatur: et vi
nū ſine aqua farine nõ aſperſe:dicūt em̄ ſilitudi-
nē decētis ꝛ legitime ꝯſecratiõis. Ul' neutrū põt
fieri legitime, ꝛ ſine p̄cepti trāſgreſſiõe. Sed in
hoc ē diſſimilitudo:qꝛ ex aq̄ ſola ꝛ farina nõ ꝯſp-
ſa nullo mõ confici põt:ex vino aūt ſolo ꝯfici põt
licet nõ legitime. ¶ Et p hoc pꝫ ſolutio ceterarū
autoritatū. Sic ēt qd̄ dr̄:ſi offertur vinū ſolū:inci
pit eſſe ſanguis vel xp̄s ſine nobis ꝛc.i.nobis nõ
proficit huiõi oblatio:vt exponit glo. in.c. cū oē.
allegato. Uel ſanguis incipit eſſe ſine nobis:quā
tū ad ſignificationē:qꝛ deeſt aqua que nos xp̄o
vniēdos ſignificat. Sic ſi aqua ſola /plebs icipit
eſſe ſine xp̄o.i.ſignificaẛ eſſe abſqꝫ ſignificatione
xp̄i. ¶ N Ad rõnē cū arguiẛ. Aut xp̄s admiſcuit
aquā aut nõ:diciẛ ꝙ admiſcuit vt dictum eſt:nec
impedit ꝙ null⁹ euāgeliſtarū hoc ſcribit. Multa
enim et alia ſigna fecit ieſus in cõſpectu diſcipu-
lorꝫ ſuorꝫ:que non ſunt ſcripta ꝛc. vt habeẛ Joan.
xx. Et maxime in inſtitutione huius ſacramenti:

vt habetur de cele. miſſa. cum marthe. ⁊ cum in-
ſertur. Ergo neceſſario eſt apponenda: negetur
conſequentia. Quia dñs inſtituendo ſacramentum
non tm̄ appoſuit que erant de neceſſitate effica-
cie: ſed etiam que erant de neceſſitate ſignifica-
tionis. Unde hec appoſitio aque: non eſt neceſſa
ria quantū ad efficaciā ſacramenti: eſt tamen ne
ceſſaria quantū ad plenitudinē ſignificationis.
Dñs enim appoſuit aquam tanq̄ congruā pro-
pter ſignificationē expreſſiorem: non tanq̄ neceſ
ſariā ſimpliciter. Et quod in probatione addit.
Nihil offerre licet: verū eſt: nec licet offerre cali-
cem ſine aqua: ſi tamen fit: non eſt irritum ſacra-
mentū. ¶ Ad aliā dicitur ꝯcedēdo maiorē: intel-
ligendo eā de illo propter quod ſacramentū per
ſe ⁊ principaliter inſtitutū eſt. Sed ad minorē di
citur: ꝙ recordatio paſſionis nō eſt finis ꝑ ſe ſeu
propter quē inſtitutum eſt ꝓncipaliter: ſed ſpiri-
tualis nutritio anime ⁊ fructus huius ſacramen
ti. Neq; enim diceret dñs. Hoc facite in meam
cōmemorationē: ſi non fuiſſet alius finis ꝓncipa
lior. Sed hoc dicit: vt celebrantes hoc ſacramen
Joan. vj.
tum propter finē principalē: vitā ſcʒ aīe: ⁊ vnionē
cum chriſto gratuitā (quē expreſſit dñs. Si quis
mãducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et pa
nis quē ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.
Et ſequitur. Qui manducat meam carnē ⁊ bibit
meum ſanguinē: in me manet ⁊ ego in illo. Pro-
pter hūc quidē celebrantes) nihilominus recor-
darentur paſſionis ſue. Exemplū. Cū aliquis ex
amore gratuito preſtat beneficiū alicui amico
bene vult ꝙ amicus ſuus recordet̄ beneficij acce
pti: ne arguendus ſit ingratitudinis: nō tñ illa re
cordatio eſt propter quod preſtat bñficiū: ſed vti
litas quā vult amicum ex eo conſequi. ¶ Ad vlti
mū dicitur: res huius ſacramēti que eſt vnio ⁊c.
ſignificari debet per aliquid ſacramenti: nō ideo
aque admixtio qua hec vnio ſignificatur: eſt de
neceſſitate ſacramenti: q2 hec vnio etiam ſignifi-
Hugo.
catur ꝑ aliqd aliud in hoc ſacramēto: ſcʒ corpus
xp̄i verū: qd̄ eſt res ⁊ ſignū. Unde Hugo de ſacra
mentis lib. ij. parte. viij. c. vij. Hec res. ſ. corpꝰ xp̄i
eſt integrū ſacramentū alteriꝰ rei: ſcʒ vnitatis ca
pitis ⁊ mēbroꝝ. Uñ ait. Corpꝰ ⁊ ſanguinē ſacramē
tū eſſe credimꝰ grē ſpūalis: qua ſcʒ grā mēbra ca
piti vniūtur. ¶ O Nūc de ſcd̄o dubio: vtrū aqua
vino admixta i ſanguinē xp̄i ꝯuertatur? De hac
queſtione recitat Inno. iij. in c. cū marthe. de ce-
le. miſſa. tres opiniones. Quarū vna eſt: ꝙ aqua
adiūcta vino manet in ſua ſpecie: vini accidenti-
bus circūfuſa: ita ꝙ vini ſaporē aſſumit: nō tñ ſui
ſubſtantiā derelinqt. Hec opinio quā pro tertia
Ambro.
recitat Inno. eſt ꝯtra bea. Amb. in li. de offi. dicē-
tem ꝙ in ſacramēto altaris poſt ꝯſecrationē: ni-
hil eſt niſi corpus ⁊ ſanguis xp̄i. vñ ait. Ante bñ-
dictionē illa ſpecies nolat̄: poſt bñdictionem cor
pus ſig̃tur: ⁊ hr̄ de ꝯſe. diſt. ij. ante bñdictionem.
Auguſtinꝰ.
Et Aug. in li. ſniaꝝ ꝓſperi. eadē diſt. c. nos autē.
fateamur ante ꝯſecrationē panē eſſe ⁊ vinū qd̄
natura formauit: poſt cōſecrationē vero carnem
xp̄i ⁊ ſanguinē: qd̄ bñdictio ꝯſecrauit. Itē Amb.
de ſacris eadē diſt. panis. ij. calix eſt vini ⁊ aq̄ ple
nus. vbi vba xp̄i opata fuerūt: ibi ſanguis efficit̄
q̄ plebē redemit. Ad idē multa adduci pñt ex diſ.
ij. de ꝯſe. vbi nullibi mētio fit ꝙ manet poſt bñdi-
ctionē aqua: ſʒ tm̄ xp̄i ſanguis. ¶ Preterea ſi aq̄
maneret in ꝓpria ſpecie: vino in ſanguinē ꝯuer-
ſo: tūc nō liceret ſacerdoti in caſu eadē die duas
miſſas aut plures celebrare: ſicut nec lʒ ſemel nō
ieiunū (ieiunio nature) celebrare: vt. ſ. habitū ē
lec. x. qd̄ tñ falſū eſt: cū in pleriſq; caſibus lʒ vna
die plures miſſas celebrare. Probatur autem il-
la ꝯſequentia: tum quia celebrans ſumendo xp̄i
ſanguinē ſimul ſumeret aquā calici admixtā in
propria natura ⁊ ſpecie manentē: ⁊ ſic ſolueret ie
iuniū nature: quare nō poſſet ſcd̄o celebrare. Et
hāc rōnem tangit gl. in. c. cum marthe. allegato.
¶ Ideo fuit ſcd̄a opinio: ꝙ vinū ꝯuertitur in ſan
guinē: ⁊ aqua in id quod cum ſanguine de latere
xp̄i effluxit. vnde dicūt. Cum de latere xp̄i duo ꝓci
pue fluxerūt ſacramēta: redemptionis in ſangui
ne: ac regenerationis in aqua: in illa duo vinū ⁊
aqua que ꝯmiſcētur in calice diuina virtute mu-
tantur. Horū aliqui dicūt ꝙ aqua ꝯuertitur i hu
morē aqueū quem phlegma vocant: vt recitatur
in. c. in quadā. de cele. miſſa. ¶ Sed hi tripl̄r deſi
ciunt. Primo: q2 ſicut priores negāt actiuitatem
vini in aquā. Scd̄o: q2 ſm hoc aqua ſeorſum eēt
ꝯſecranda: ſicut vinū ſeorſum a pane ꝯſecratur.
Uirtus eñ verboꝝ non ſe extendit ad aliquid qd̄
in verbis nō exprimit̄. Cū aūt dicitur. Hic eſt ca-
lix ſanguinis mei: exprimit̄ ſanguis xp̄i: ⁊ nō aqua
que effluxit ex latere xp̄i. Tertio peccāt in hoc: ꝙ
dicunt humorē qui fluxit de latere xp̄i: humorem
fuiſſe phlegmaticū: non aquam. Hoc aūt repro
bat Inno. in. c. in quadā. de cele. miſ. Ubi contra
tales ponit quatuor rōnes ꝓbātes ꝙ vera aqua
fuit que fluxit de latere chriſti. ¶ P Ideo fuit ter
tia opinio: ꝙ aqua cū vino tranſſubſtantiatur in
ſanguinē mixta vino. Hāc opinionē probabilio
rē dicit Inno. quā cōiter ſequūtur docto. theolo-
gie: ſcʒ Tho. Sco. ⁊ ceteri tanq̄ indubitatam. Si
tñ ſic intelligit̄ ꝙ aqua poſt admixtionē cū vino:
per actiuitatem vini tranſit ⁊ ꝯuertitur in vinum
⁊ facta vinū / ꝯuertitur in ſanguinē chriſti. Unde
dicit Sco. i. iiij. di. xi. q. vij. Uino apponere aquā
Scotus.
non eſt ſimpl̄r neceſſariū de neceſſitate ſacramē
ti: q2 etiā qñ appoſita nō eſt ꝯuertitur in ſangui-
nem: niſi prius ſit ꝯuerſa in vinū. Sicut eñ mo-
dicum vinum admixtū aque abſorbetur ab aqua
⁊ perdit virtutē ⁊ ſpeciē vini: vt ſi gutta vini in do
liū aque mittat̄: ſtatim corrūpitur: ⁊ conuertitur
in aquā: ita viceuerſa modica aqua miſſa in cali
cē vini ex vino alterat̄: ⁊ tandē corrūpitur ⁊ ꝯuer
Queſtio.
titur in vinū. Et ſic aqua in vinū naturali opera
tione ꝯuerſa ꝑ tranſſubſtantiationem ſuperna-
Rñſio.
turalem ꝯuertitur in xp̄i ſanguinem: ⁊ non alias
nec aliter. ¶ Unde modica aqua apponi dʒ: ne
vinū diſtrahat̄ a ſua ſpecie ꝑ nimiā aque appo-
ſitionē: ſed ecōuerſo aqua ꝓpter ſui modicitatē
a ſua ſpecie cito in vinū traſeat: ⁊ demū totum in
ſanguinē ꝯuertatur. Et tanto minus de aqua ap
ponendū eſt: quāto vinū debilius fuerit ⁊ minus
ſubſtantioſum. ¶ Et ſi q̄ris: quāta aqua ſufficit?
Rñdet Alexan. de Ales: ꝙ vna gutta ſufficit quā
tūcunq; parua ſit: dummodo poſſit a ſuo toto ſe
parari. * Et hinc ſumitur alia ratio preter eā q̄
ſupra poſita eſt: cur forte ⁊ optimū vinum in hoc
ſacrificio offerendū eſt: vt ſit vigoroſum ad alte-
rādū ⁊ ꝯuertēdū aquā appoſitā in ſe: ⁊ a propria
ſua ſpecie trāſmutandū. ¶ Propter idē caute fa
ciunt celebrantes: qui aquā ſatis tēpeſtiue ⁊ ho-
ra bona: vt in ꝓncipio miſſe: vel añ euāgelium vi
no ꝯmiſcēt: q2 ꝯuerſio aq̄ in vinū nō fit ꝑ miracu
lū: ſicut vini conuerſio fit immediate a virtute di
uina in ſanguinem: ſed fit per naturalē actionē
vini in aquā: q̄ requirit preuiā alteratione. Hec
aūt fieri nō pōt in inſtanti: ſʒ in tpe. Oportet eñ
qualitates aque corrūpi: ⁊ qualitates alias vini
forme ꝯuenictes introduci: vt corrupta forma aq̄
ad itroductionē q̄litatū ei diſcōuenietiū: ſ; mate-
ria iā cōtrarijs qualitatibꝰ diſpoſita: forma vini
gñetur

ADDITIO.
* Tā modica aq̄ dʒ vino admiſceri / vt vinū in ſua natura / ⁊ ſpē poſſit ꝑmanere. Si eñ a natura ſua mutaretur: non poſſet confici. Uñ vna gutta aq̄ q̄tūcunq; ꝑua / dū mō tpe debito fuerit ꝑpoſita / vt poſſit fieri mixtio / ſufficit: ⁊ precipue ſi vinū ſit debile.

generet. Hec aūt q̄ fiunt ab agēte naturali: nō
poſſunt niſi in tp̄e ⁊ ſucceſſiue fieri. ¶ Q. Huiꝰ
abſorptiōis aque in vinū: ꝑ quā nō manet in ſe
Alex. de ales ponit quaſdam myſticas rōnes: vt
ſcʒ ſit cōformitas ſigni ad ſignatū. Per hāc eñ
vnionem aque vino ipſam abſorbēte: ſignificat
triplex vnio ꝑfecta: qua vnū ab altero quodam-
modo abſorbet. Primo eſt vnio mēbroꝝ cū ca-
pite: q̄ nō habent eſſe diſtinctuʒ a capite. Scd̄a
eſt noſtre mortalitatis abſorptio. Tertia eſt gen
tiū inſertio. ¶ Primo hec mixtio aque cū vino:
ſignificat vnionem mēbroꝝ cū capite: q̄ vnio eſt
res huiꝰ ſacramēti. Sicut eñ habet ab Innoc.
tria ſunt in hoc ſacr̄o / forma viſibilis panis ⁊ vi
ni: veritas corpis ⁊ ſanguinis xp̄i virtus ſpūa-
lis vnitatis ⁊ charitatis cōicantis ppl̄i. Primū
eſt ſacr̄m tm̄. Scōm eſt ſacramentum ⁊ res. Ter
tiū eſt res tm̄. ¶ Sed notādū ꝙ eſt vnitas cha-
ritatis mēbrorū myſtici corporis xp̄i adinuicē:
huius ſignū ⁊ cauſa eſt corpus verū: vñ Inn. Ve
rum corpus xp̄i eſt res prima: q̄ ſignificat ⁊ cōti
netur a primo: ⁊ ſacramētū tertij: q̄ ſignificat ⁊
efficit tertiū. i. vnitatē eccleſiaſticā. Alia eſt vnio
corporis cū capite: cuius cauſa eſt corpus xp̄i ve
rū: ſed vnius vnionis hec mixtio eſt ſignū. Hac
aūt virtute vnionis quaſi mutat homo in deū:
ſm̄ ꝙ dicit apl̄s. j. Coꝛ. vj. Qui adheret deo vnꝰ
ſpūs efficit. Unde ⁊ huius cibi ſpūalis: alia eſt
virtus q̄ꝫ cibi materialis: nam materialis cibus
cōuertit in ſumētē: iſte aūt cibus cōuertit in ſui
Auguſti. naturā ſumentē. Cibus ſuʒ grādium (ait Aug.)
tu mutaberis in me: non ego mutabor in te. Q̄
igit v̄tute huius cibi qua fit hec vnio: mutat hō
in deū: vt ſit cōformitas ſigni ad reʒ: cōueniebat
vt aqua mutaret in vinū. ¶ Significat ſcd̄o hec
aque mixtio aliā vnioneʒ: q̄ eſt nr̄e mortalitatis
abſorptio. Aqua enim noſtrā mortalitatem deſi
gnat. ij. Reg. xiiij. Oēs morimur ⁊ tanq̄ꝫ aq̄ dila-
bimur in terrā q̄ nō reuertunt. Per vinū: quo ſi-
gnat ſanguis xp̄i: eiuſdē mortalitatis abſorptio
nem ſine mortificationē. j. Coꝛ. xv. Abſorpta eſt
Oſee.xiij. mors in victoria: et Oſee. xiij. Ero mors tua o
mors. Licet aūt in nobis morimur in xp̄o tñ vi-
uimus. Col. iij. Mortui eſtis: ⁊ vita veſtra abſcō
dita eſt cū xp̄o in deo. ¶ Significat etiaʒ hec aq̄
mixtio vnionē gētiū: q̄ inſerēde erāt eccleſie de iu
deis: ſicut oleaſter oliue. ad Rom̄. xj. Aqua antē
cōuertit in naturā vini: in ſignū ꝙ gētes erāt cō
uertende: ⁊ fideliū eccleſie ex iudeis incorporan
de. Propter qđ dictū eſt petro. Occide et mādu
Actuū.x. ca. Act. x. Sicut eñ qđ māducat: in naturā ꝯuer
tit māducātis: ſic aqua q̄ gētes incorporādas ſi
gnificat: in naturā vini cōuertit. Per qđ eccleſia
de iudeis q̄ gētes incorporat repſentat. ¶ Neq̄ꝫ
huic mixtioni ⁊ vini conuerſioni obeſt: qđ pro ſe
tertia opinio recitata aſſumpſit: ſcʒ de latere xp̄i
fluxerūt ſacramēta redēptionis in ſanguine: ac
regenerationis in aqua ⁊c. qm̄ in ſacr̄o redēptio
nis aqua appoſita nō eſt ſignū regenerationis.
Eſt quidē aqua ſacr̄m regenerationis non mu-
tua nec cōmixta: ſed in baptiſmo ſub ea ꝓprieta
te: qua ſibi ꝓpriiſſime cōuenit virtus abluendi.
In ſacr̄o aūt redēptionis appoſita vino: ⁊ muta
ta in vinū: eſt ſignificatiuū vnionis ppl̄i cū capi
te glorioſo xp̄o: ea ꝓprietate qua aqua: q̄ ſemꝑ
defluit in terrā populū ſignificat: qui ꝯtinue de-
currit in mortē: ſm̄ illud ſupra allegatū. Omnes
Obiectio. morimur ⁊ tanq̄ꝫ aque dilabimur in terraʒ. He
Reſponſio igit ſunt rōnes myſtice cur aqua in vinū priꝰ eſt
ad obie- cōuertēda. ¶ R Sed forte quis diceret. Quid ſi
ctionem. in inſtāti cōſecrationis aqua nondū cōuerſa eſt

in vinū nunq̄d et ipſa cōuertit in ſanguineʒ? Et
q̄ ſupra reſpōſum eſt ꝙ nō: q̄d fiet de aqua? Re-
ſpōdet: ſi fuerit in tāta q̄ntitate: ꝙ ipſa conuertiſ
ſet vinū in ſe: ſi vinū nō fuiſſet prius ꝯuerſum in
ſanguinē: tūc alterabit ſpecies remanentes poſt
cōſecrationē: et in inſtāti quo corrūperet forma
vini ſi nō fuiſſet cōuerſuʒ: ⁊ introduceret forma
aque in materiā vini corrumpunt qualitates vi
ni: ⁊ deus creat nouā ſubſtātiā cōpoſitā ex mate
ria ⁊ forma aque: ſub qualitatibꝰ de nouo intro-
ductis. ¶ Et dico notāter ꝙ deus creat: q̄ aqua
nō pōt educere formā de materia / quia nulla eſt
ibi: nec pōt ipſam materiā producere que a ſolo
deo creatur: recte ſicut de corruptione ſpecieruʒ
in eius manducatione. de quo. J. ¶ Si aūt aqua
illa eſt tā modica: ꝙ vinū ipſam in ſeipſum ꝯuer
tiſſet ſi nō fuiſſet trāſſubſtātiatū: tūc ſpecies vi-
ni remanētes poſt cōſecrationeʒ / alterāt aquam
corrūpēdo ipſiꝰ qualitates: ⁊ in inſtāti quo vinū
corrūperet aquā: ſi eſſet p̄ſens: corrūperet forma
aque: et produceret forma vini noua in materia
aque: vel ab accidētibus: vel a deo ſm̄ diuerſas
opiniones. de quibꝰ. J. Et ſaluaret ibi tādiu ſan-
guis xp̄i: q̄ꝫdiu manēt ſpecies vini trāſſubſtātia
ti: nō tñ ſub ſpeciebꝰ vini de nouo ꝓducti incipe
ret eſſe ſanguis xp̄i. ¶ Et notādū ꝙ hic quidem
ſanguis ſub nullis ſpeciebus incipit eſſe aut ma
net: niſi iſtius vini ſupra qđ ꝓlata eſt verboꝝ for
ma ad cōſecrationem ſanguinis requiſita. Hec
aūt nō eſt ꝓlata ſuꝑ vino de nouo ex aqua geni-
to poſt cōſecrationē: qm̄ etiā ſi poſt cōſecrationē
vinū purū apponeret ſpeciebꝰ: nō tranſit in ſan
guinē ſicut aqua non benedicta addita benedi-
cte efficit bñdicta: ⁊ oleū nō cōſecratū additum
cōſecrato reddit cōſecratū. Non ſic in ꝓpoſito:
nam ſanguini xp̄i in calice: q̄ nō eſt extra venas
corporis xp̄i ſed in venis glorificatis: ideo ei nul
lus liquor appoſitꝰ pōt cōmiſceri: nec per conſe
quēs aliquis in ipſum cōuerti: niſi diuina v̄tu-
te v̄bis cōſecrationis aſſiſtēte. In aqua aūt bñ-
dicta eſt perfecta vnio alteriꝰ aque appoſite cū
aqua bñdicta: ⁊ cōſtituūt vnā aquā: ꝓpter qđ to
tum reſultās ſortit nomē aque bñdicte: ita et in
oleo. Nec ex bñdictione aque vel olei fit ſubſtan
tialis trāſmutatio aque vel olei: qualis fit in ꝓ-
poſito: vbi ſubſtātia vini cōuertit in ſubſtantiā
corporis xp̄i. ¶ S Sed quid de ſumēte calicē in Queſtio.
quo appoſita aqua nōdū eſſet in vinū cōuerſa: ⁊ Solutio.
per cōſequēs nec in ſanguinē: nonne ſolueret ie Aliud que-
iuniū impediēs ab iterata celebratione? Rñde- ſitum.
tur: ſolueret quidē ieiuniū: ſed nō impediret ab Reſponſio
iterata celebratiōe: q̄ ignorātia inuincibilis ex- ad queſitū.
cuſat. Nō eñ pōt ſciri vel euidēter apprehendi
inſtās hm̄oi conuerſionis a ſacerdote: niſi forte
tāta fuiſſet aqua appoſita: ꝙ notabiliter depre-
henderet ſapor aque: tūc eſſet ab iterata celebra
tione abſtinēdū. ¶ Si querit qualis eſſe debeat
aqua? Et quid ſi apponeret roſacea: vel ex aliis
herbis diſtillata? Rñdet ꝙ dʒ eſſe aqua talis q̄li
credit chriſtus vſus fuiſſe in vltima cena: hoc eſt
aqua elemētaris: verūtamē q̄ elemētaris aqua
ſi nō apponit nō impedit cōſecratio: ideo ſi ap-
poneret modicū aque diſtillate ꝙ nō poſſet cor-
rumpere vinū: licet apponēs grauiter peccaret:
effectus tñ cōſecrationis nō impediret. Senten
tia eſt Alex. ⁊ ſancti Tho. ¶ Si demuʒ queritur. Queſtio.
Nunq̄d ſufficit ſi aqua admiſceat in dolio: quia
ante miſſe inceptionē: frequēter calix per aque ⁊
vini infuſionē p̄parat? Solutio ſm̄ Alexā. Non Solutio q̄-
ſufficit: qm̄ cū cōmixtio aque ⁊ vini eſt ſacramen ſtionis.
talis: nō debet fieri anteq̄ꝫ myſteria inchoētur:

vel fiat preparatio ad inchoandū: ⁊ in vaſis ſan
ctificatis ⁊ miniſtris ad hoc ordinatis. Unde in
miſſa ſolēni ſolet apponi poſt euāgeliū: in priua
tis vero ſolet fieri ante: qm̄ in miſſa ſolēni ꝓpter
cantū chori ⁊ p̄ſationis copioſius tp̄s habetur
quo pōt fieri aque in vinū trāſmutatio: ꝙ in miſ
ſa priuata que legiť ſine cantu. ¶ T Nūc iuxta
diuiſionē in principio hui⁹ lectionis factā: vidē
dum eſt breuiter de cōgruitate inſtitutionis hu-
ius ſacramenti ſub materia panis et vini. Aſſi-
gnāt aūt docto. ⁊ ſancti varias cauſas inſtitutio
nis: quaꝝ vna principalior eſt alia. Principalis
itaq; cauſa eſt: vt nutrimēto cōueniēti animā ad
vitā per baptiſmū regeneratā: dn̄s aleret cibo vi
te miniſtrato ꝯtra cibū illū primoꝝ parentū: qui
erat cibus mortis: vn̄ eis dictū eſt. In quacunq;
die ex eo comederitis: morte moriemini. Gene.
Gene.ij. ij. De cibo aūt iſto dr̄. Quicunq; manducauerit
ex hoc pane: viuet in eternū. Jo.vj. vn̄ Inno. Ut
ſuā erga nos charitatē oſtenderet ⁊ noſtrā erga
ſe charitatē accēderet: dedit ſe ꝓ nobis in p̄ciū:
mo: ergo inquantũ homo neceſſe habet aſſiſtere
procuratori ſacerdoti: maxime q2 cauſa iſta non
agitur niſi per interpellationẽ: ſi nõ niſi ex ore ei9
digna eſt ſuſcipi ꝛ per munus quod ipſemet eſt.
Tertio q2 fidelis medic9 egrũ quẽ curãdũ ſuſce-
pit: habet viſitare quotiẽs hoc requirit infirmi-
tas: ꝛ hoc cũ vnguẽtis ꝛ medicinis que curationi
eiuſdem ſunt neceſſaria. Quia igiẗ vnuſquiſqꝫ de
eccleſia eger eſt: et medicatione indiget ſiue ad
curationem: ſiue ad ↄſeruationem: ſiue ad preſer-
uationẽ: ſiue ad confortationẽ: ꝛ vnũquẽqꝫ curã-
dũ mirabili miſeratione ſuſcepit: neceſſe habet
ad curandũ quotiẽs opus erit: aduenire. Opus
aũt eſt quotiẽs de medicatione eius agitur: ꝛ ſa-
Ad qđ miſ- nationẽ eius intendiẗ. Quia ergo ad hoc miſſa
ſa agitur? agiẗ: ꝛ quicq̇d ĩ ea fit: fit vt hmõi egro medicatio-
nis impendaẗ officiũ ꝛ ſanitatis beneficiũ: neceſ-
ſe habet miſſe officio intereſſe: ꝛ hoc ĩ eo ꝙ medi-
cus: hoc eſt in forma humana: cũ corpore ſuo qđ
eſt velut antidotum ſolidiſſimũ cõtra oẽs humo-
res noxios vitio᷑: ꝛ cũ ſanguine ſuo qui eſt velut
ſyropus mulcebris ꝛ dulciſſim9: ꝛ medicina liqui-
da valẽs cõtra oĩa aĩa᷑ languores atqꝫ vulnera:
quo᷑ duorum virtutes in ipſa dñica paſſione po-
tiſſimũ claruerũt. Scđm hoc igiẗ q2 venerandꝫ
corpus xp̃i medicina eſt ſaluberrima: qua curan-
tur quotidie nr̃e infirmitates: ꝛ ſacramentũ eius
eſt placabiliſſimum quo lapſi deo patri recõcilia-
mur: ꝛ ſctificationis nr̃e eſt ſacꝫm ſacratiſſimũ: q̇
deo prĩ vt filij chariſſimi ↄiũgimur: ꝛ incorpora-
mur: ꝛ cibus eſt nr̃e refectionis: quo in vita ſpũa-
li ſubſiſtim9 ꝛ ſolidamur: neceſſe eſt ipſius in miſ-
ſa᷑ ſolẽnijs in quibus oĩa iſta peraguntẗ ſacratiſ-
ſimã ꝛ veriſſimã adeſſe preſentiã. Non eñ ſuffi-
cit deſignatio ſiue figuratio corꝑis iſtius viuifi-
ci ꝛ ſanguinis ad iſta p̄dicta peragẽda: ſed neceſ-
ſario req̇runt iſtius viuifici panis p̄ſentiſſimam
veritatẽ. Neqꝫ enim figura: neqꝫ aliq̃ deſignatio
medicine preſtare põt vllo modo ſalutẽ: ſed ſola
ipſius pñs veritas ſalutẽ facit. Similiter impoſ-
ſibile eſt per ſolã ꝛ inanẽ figurã ꝛ deſignationem
ſacrificij placari iratũ: aut reconciliari offenſum
abſqꝫ ſacrificij veritate: ſimiliter neqꝫ ſacrari aut
ſanctificare poſſibile eſt quenꝗ̃ abſqꝫ ſacramẽti
veritate: cũ ſacramẽti ſcꝫ ſola figura. Eodem mo-
do impoſſibile eſt aliquẽ refici: paſci / aut potari
ſola figuratiõe panis ꝛ vini: alioq̇n ſufficerẽt no-
bis figure ꝛ picture ad iſta quatuor peragẽda: et
fruſtra laboraretẗ circa miſſarũ ſolẽnia. Suffice-
rent inquã picture ſacrarũ oblationũ ꝛ ſacrificio-
rum ad reconciliationẽ ꝛ placationem: figure pa-
nis ꝛ vini ad medicationẽ ꝛ refectionẽ. Hec au-
tem inſania ad hoc deducit vt pictura diluuij ſo-
la ſincreritate mũdũ ſubmergat: ꝛ pictura ignis
quo mũdus inferior ↄflagrandus eſt: iam mũdũ
exurat: atqꝫ pictura ſola panis paſcat atqꝫ refi-
ciat: ſic ꝛ pictura vini potet: ꝛ inebriet: que certe
nemo admittit cõpos ratiõis. Venit autẽ in par-
tem ſic loquentiũ demẽtia: vt omnino non diſtin-
guãt quantũ ad virtutẽ ꝛ efficaciã inter ſigna et
res: inter figurã ꝛ veritatẽ: cum eandẽ virtutẽ at-
tribuãt ſignis et veritati. Nimiũ ergo deſipiunt
heretici atqꝫ falluntur aſtruentes corpus chriſti
nõ realiter vere in ſacramento altaris contineri:
ſed dũtaxat in quadã deſignatione ꝛ figura con-
tra chriſti euangeliũ ꝛ tot ſancto᷑ teſtimonia pa-
trum: in quo elucet ipſorum deteſtanda temeri-
tas: ꝛ preſumptio temeraria qua ſenſui proprio
proterui innitũtur: ſententiã ſuã maiorũ autori-
tatibus preferendo cõtra ſapiẽtis exhortationẽ. Prouer.iij
Fili ne innitaris prudentie tue: neqꝫ ſapiens ſis
apud temetipſm. Verũ he perſuaſiões Guilhelᷓ.
magis oſtendũt congruitatẽ corporalis preſen-
tie chriſti: ꝗ̃ demõſtrent aſſiſtentie neceſſitatem.
¶ N De eodem etiam loquiẗ Alber. in lib. de ſa. Albertus.
par.ij. Quid inquit: neceſſe eſt tantum facere ap-
paratũ pani ꝛ vino: niſi ſignificarẽt corp9 ꝛ ſan-
guinem chriſti? Quid ad hoc ordinarentur ſacer-
dotes: cõſecrarentur altaria: tẽpla ac cetera que
ad ritum ꝛ altaris cultum pertinẽt: ſi nihil in his
fieret niſi ꝙ panis benediceretẗ: qui corpus chri-
ſti tm̃ ſignificaret. Adhuc autem adoratio ꝛ vene-
ratio que fit a pplo exhiberetẗ creature. Sicqꝫ in
oĩ miſſa idololatria ↄmitteretẗ: q2 cultus debitus
creatori pure exhiberetẗ creature: qđ nefariũ eſt
dicere. ¶ Quõ etiã btũs Dionyſi9 de hoc ſacꝫo lo-
quẽs: ꝟbis vtiẗ q̃ ſoli deo digne attribuũtur. Ait
eñ in de eccl'iaſtica hierarchia. c.iij. loquẽs de ve- Dionyſius
nerabili euchariſtie ſacꝫo. At ꝟo põtifex cũ diui-
na munera laude ꝓſecutus fuerit ſacroſctã ꝛ an-
guſtiſſima myſteria ↄficit: ꝛ que ante laudauerat
venerandis operta ꝛ abdita ſignis in conſpectu
agit diuinaqꝫ munera reuerenter oſtendens: ad
ſacrã illo᷑ cõmunionẽ ꝛ ipſe cõuertitur: ꝛ reliq̃s
vt cõicent hortaẗ. Et poſt multa. Deſcribit enim
põtifex in his ferme ſenſibiliter muneribus in cõ-
ſpectu dans xp̃m ieſum noſtram ſpiritalem vt in
imaginibus vitã: ex diuinitatis occulte ꝑfecta et
incõfuſa noſtre mortalitatis aſſumptiõe clemen-
tiſſime ꝓprietatẽ ex nobis accepiſſe: atqꝫ ad diui-
ſibile noſtrum ſine mutatione ſui ex vnitate na-
turali ꝓceſſiſſe. Perqꝫ hãc beatificã clemẽtiã ad
participationẽ ſui ſuorũqꝫ bono᷑ inuitare gen9
humanũ. Si tñ ipſius clementie inſeramur ipſam
quãtũ fas eſt imitãdo: ſicqꝫ veraciter ↄſortes dei
diuinorũqꝫ ꝑticipes efficiamur. Hec Diony. ſm
nouã trãſlationẽ. In q̇b9 ſatis pꝫ eũ ſenſiſſe dñm
ieſum xp̃m in ſacramẽto realiter: ſꝫ opertum ſpe-
ciebus panis ꝛ vini ↄtineri. ¶ O Ex oĩb9 p̄cedẽ-
tib9 ſatis reor ꝓbatũ eſſe hãc fidei nr̃e veritatem
ꝙ ſub ſpecieb9 panis ꝛ vini poſt ↄſecrationem ri-
te factã verũ xp̃i corpus veruſqꝫ ei9 ſanguis: nõ
ſicut in ſigno: ſed in ſe realiter contineẗ: contra
damnatam hereſim hanc veritatem negantium.
Neqꝫ pro eis facit quod pro ſe adducunt: ꝙ enꝫ
hec verba chriſti: hoc eſt corpus meum: non ſint
accipienda ſicut illa. Ego ſum vitis vera. Aut ſi-
cut illa apoſtoli. Petra autem erat chriſtus: ſa-
tis ſupra declaratum eſt. Verba vero beati Au-
guſt. ſupra pro ſua hereſi allegata: magiſter di.x.
quarti determinat dicẽs. Non his negat Augu.
corpus xp̃i a fidelibus ſumi vel eſſe in altari; ſed

his veritas apoſtolos:⁊ in eis nos inſtruxit:ꝙ ip
ſius corpus nõ per partes diſcerptũ vt putauerũt
illi diſcipuli qui retroierũt:ſed integrũ:nec viſibi
liter in forma hũana : ſed nobis inuiſibiliter ſub
Auguſtin⁹. forma panis ⁊ vini/corpus ⁊ ſanguinẽ traderet.
Quem ſenſum beatus Aug. confirmat dicẽs. Ip
ſum quidẽ ⁊ nõ ipm corpus qđ videbat̃ mandu⸗
cabat̃:ipm inuiſibiliter:⁊ nõ ipm viſibiliter. Itẽ
etſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrare:neceſſe ẽ
tñ inuiſibiliter intelligi. Ita etiã intelligendũ eſt
corpus xp̄i eſſe in vno loco : ſcꝫ viſibiliter in for⸗
ma hũana:veritas tñ eius.i.diuinitas vbiqꝫ eſt:
veritas etiã eius.i. verũ corpus in omni altari ẽ
vbicũqꝫ celebratur. Sic etiã illud intelligendum
eſt. Pauperes ſemp habebitis vobiſcũ: me autẽ
nõ ſemp habebitis:ſm corporalẽ p̄ſentiã ſꝫ quã
cũ eis ↄuerſabat̃. Silr ⁊ illud:ꝙ homo eſt:in celo
eſt viſibiliter:inuiſibiliter autẽ eſt in altari: quia
nõ in forma humana apparet:ſed forma panis ⁊
vini operit̃. Unde ⁊ inuiſibilis eius caro dicitur
q̃ vere eſt in altari:ſed q꞉ non in ſpecie ſua appa⸗
ret dicitur inuiſibilis. Ait em̃ Auguſt. Sacrificiũ
eccleſie duobus cõſtat:viſibili elementorũ ſpecie
⁊ inuiſibili domini noſtri ieſu chriſti carne ⁊ ſan
guine:ſacramento ⁊ re ſacramenti.i. corpore xp̄i
Ecce inuiſibileꝫ dixit carnem chriſti:quia forma
panis operta ſumitur et tractatur.

¶ Lectio.xl.



A Stē
ſa corpo
rali pre⸗
ſētia cor
porꝫ xp̄i
ſub ſpe⸗
cieb⁹ pa
nis / ad
prolatio
neꝫ for⸗
me ſacra
mētalis
conſeq̄n
ter inq⸗
rēdū eſt
qua mu
tatione incipit corpus chriſti eſſe in ſacramẽto.
¶ Circa qđ notandũ:ꝙ quãuis exp̄ſſe tradat̃ in
ſcriptura : ꝙ corpus xp̄i veraciter ſub ſpeciebus
panis cõtinet̃:⁊ a fidelib⁹ ſumit̃: vt patuit lectio
ne p̄cedente:tñ quõ ibi ſit xp̄i corpus an p ↄuer⸗
ſionẽ alicuius in ipm:an ſine ↄuerſione incipiat
eſſe corpus xp̄i cũ pane manẽtibus ſubſtãtia ⁊ ac
cidentibus panis:nõ inuenit̃ exp̄ſſuꝫ in canone
biblie. Unde de hoc antiq̄tus fuerũt diuerſe opi
niones:vt recitat magiſter di.xi. quarti. Uñ colli
gunt̃ tres opiniones q̃ hñr.c. cũ marthe. in glo.
extra de cele.miſſa. ⁊ Inno.de offi.miſ.par.iij.ca.
xviij.eaſdẽ recitat. ¶ Una ꝙ panis ſubſtãtia ma
net ſimul cũ corpore xp̄i: ⁊ nihil preexiſtẽs ibi añ
ↄſecrationẽ deſinit eſſe. ¶ Scđa tenet ꝙ ſubſtan
tia q̃ fuit panis primo:poſtea eſt caro xp̄i. ¶ Ter
tia tenet ꝙ ſubſtãtia panis ibi deſinit eſſe : ⁊ ma⸗
nẽt accidẽtia tm̃:ſapor:color: põd⁹ ⁊ ſilia : et ſub
his accidẽtibus incipit eſſe corp⁹ xp̄i. ¶ Quartã
opinionẽ addit magr̃ vbi ſupra ꝙ panis ſubſtan
tia nõ cõuertitur:ſed annihilat̃:vel in preiacentẽ
materiã reſoluit̃. Sed nũc opinio tertia ab omni
bus doctoribus catholicis acceptat̃:ſcꝫ ꝙ ſubſtã
tia panis nõ manet:ſed realr̃ veraciter in ſubſtã
tia corporis xp̄i ↄuertit̃ trãſſubſtantiat̃ ſeu ↄmu
tatur. Tũ q꞉ de ſacramentis tenendũ eſt ſicut te⸗
net ſctã Romana eccl'ia:vt habet̃ de hereticꝭ. ad
abolendã. Nũc aũt ipa tenet ⁊ determinauit pa
nem tranſſubſtantiari in corpus chriſti: ⁊ vinuꝫ
in ſanguinẽ:vt hr̃ de ſum. tri. ⁊ fi. ca. firmiter. vbi
ſic dicitur. Ipe ieſus chriſtus ſacerdos eſt ⁊ ſacri
ficiũ:cuius corpus ⁊ ſanguis in ſacramento alta
ris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini veraciter cõtinet̃.
Et ſeq̄tur. Trãſſuſtantiatis pane in corpus ⁊ vi⸗
no in ſanguinẽ ptãte diuina. ¶ Ad idẽ ſunt auto
ritates plurime ſctõꝝ:quarũ plures ca.preceden
te ſunt allegate. Unde Euſebius emiſſenus de cõ Euſebius emiſſenus.
ſe.diſt.ij.q꞉ corpus. Inuiſibilis inq̄t: ſacerdos vi
ſibiles creaturas in ſubſtantiã corporis ſui ⁊ ſan
guinis verbo ſuo ſecreta ptãte cõuertit. Et ſequi
tur. Nouũ tibi ⁊ impoſſibile eſſe non debet:ꝙ in
xp̄i ſubſtantiã terrena ⁊ mortalia ↄuertũtur. Itẽ
Amb.lib.de ſacramentis:vt.ſ.allegatuꝫ eſt in.c. Ambro.
panis.iij.de ↄſe.diſt.ij. Panis eſt in altari vſitat⁹
ante verba ſacramentoꝝ:vbi acceſſit conſecratio
de pane fit caro chriſti. Sequitur. Si ergo tanta
vis eſt in ſermone dñi ieſu vt inciperet eſſe qđ nõ
erat:quãto magis operatori⁹ eſt vt ſint que erãt
⁊ in aliud ↄmutent̃. Et ſic qđ erat panis ante cõ⸗
ſecrationẽ:iã corpus chriſti eſt poſt ↄſecrationẽ:
q꞉ ſermo chriſti creaturaꝫ mutat: ⁊ ſic ex pane fit
corpus chriſti: ⁊ vinũ cum aqua in calice mixtuꝫ
fit ſanguis cõſecratiõe verbi celeſtis. Itẽ Aug. et
habet̃ eadẽ diſt. vtrũ ſub figura. Uoluit dñs hũc Auguſtin⁹.
panẽ ⁊ vinũ in myſterio:vere carnẽ ſuã ⁊ ſangui⸗
nẽ ſuum ↄſecratione ſpũſſcti potẽtialr̃ creari. Et
ſeq̄tur. Ex ſubſtãtia panis ⁊ vini myſtice corpus
xp̄i ↄſecrat̃. Et infra. Corpus xp̄i ⁊ ſanguis in vir
tute ſpũſſcti ex panis ⁊ vini ſubſtãtia efficit̃. Et ſe
quitur. Per ſpm̃ ſctm̃ hanc : ſcꝫ panis ſubſtantiã
ſuã efficit carnẽ: ⁊ trãſit vinũ in ſanguinẽ. Et in⸗
fra. Credendũ eſt ꝙ in verbis chriſti ſacramenta
ↄficiantur:cuius em̃ potẽtia creant̃ prius ſcꝫ pa⸗
nis ⁊ vinũ: eius vtiqꝫ verbo ad melius procrean
tur. Itẽ in cap̄. cũ marthe. de cele. miſſa. Paneꝫ ⁊
vinũ in corpus ⁊ ſanguinem proprie cõmutauit.
Itẽ venerabilis Hugo lib.ij.de ſacramentis par
te.viij.c.ij. Sacramentũ corpis ⁊ ſanguinis ſui: Hugo.
ipſe dñs ieſus chriſtus inſtituit:quando poſt ce⸗
nam veteris paſche:panẽ ⁊ vinũ in corp⁹ ⁊ in ſan
guinẽ ſuũ potẽtia trãſmutans apl'is ſumẽdũ di⸗
ſtribuit. Et ibidẽ.c.ix.idẽ ex intẽtione declarans
At per verba ſctificationis vera panis ⁊ vera vi⸗
ni ſubſtantia in verũ corpus ⁊ ſanguinẽ xp̄i ↄuer
tit̃:ſola ſpecie panis ⁊ vini remanente: ⁊ ſubſtan⸗
tia in ſubſtãtiã tranſeũte. Cõuerſio aũt ipſa non
ſm vnionẽ:ſed ſm tranſitionẽ credẽda eſt:q꞉ñ ne
quaq̄ eſſentia eſſentie in augmentum accedit vt
p illud qđ accedit : id ad qđ accedit : maius fiat:
ſed trãſitione vt id qđ accedit:cum illo ad qđ ac⸗
cedit:vnũ fiat. Hec ſic in pane chriſti corpus cõ⸗
ſecrare dicim⁹: vt de pane corp⁹ xp̄i eſſe accipiat
nec quaſi nouuꝫ corpus ſubito factũ: de mutata
eſſentia ſcꝫ panis : ſed in ipm corp⁹ verũ mutatã
eſſentiã:nec ipſam ſubſtantiã panis ⁊ vini in ni⸗
hilũ redactã:q꞉ deſijt eſſe qđ fuit:ſed mutatã po⸗
tius:q꞉ cepit eſſe aliud qđ nõ fuit. Et aliud ipſuꝫ
qđ cepit ſupple ſubſtãtia panis eſſe/ex ea eſſe nõ
accepit: q꞉ prius panis fuit: ſed ipſa eſſe accepit
quãdo deſijt eſſe qđ fuit. Ex his ⁊ alijs plurimis
autoritatib⁹ ſanctoꝝ habetur ꝙ corpus xp̄i eſt in
ſacramẽto per trãſmutationẽ vel conuerſionem
aut tranſſubſtantiationẽ ſubſtantie panis ⁊ vini
in corpus ⁊ ſanguinẽ chriſti. In dictis aũt auto⸗
ritatib⁹ ſunt quedã ſobrie exponẽda: quibus di⸗
cit̃ ꝙ panis ⁊ vinũ fit ſanguis ⁊ corpus chriſti : q̃
quõ intelligẽda ſint poſtea lec.xlix. docebitur. Et
propter hoc

propter hoc predicta verboꝝ forma dicit̃ cõuer-
ſiua: qꝛ dũ ipſa rite a ſacerdote ſup panẽ et vinũ
ꝓfert̃: panis et vini ſubſtãtia in corpus ⁊ ſangui
nem xp̄i cõuertunt̃. ❡ C Qꝛ ergo ex determina-
tione eccleſie: conformiter ad ſanctoꝝ autorita-
tes: credẽdũ eſt corpꝰ xp̄i in ſacramẽto eſſe p cõ-
uerſionẽ panis in ipſum. Uidẽdũ quõ intelligẽ-
da ſit ipſa cõuerſio: vbi tria ſunt ꝑquirẽda. Pri-
mo quid ſit cõuerſio. Secũdo qd in quid ꝯuerti
poſſit. Tertio qua ſpecie conuerſionis panis in
Conuerſio corpus xp̄i cõuertat̃. ❡ Quoad primũ notãdũ:
duo dicit. ꝙ cõuerſio q̃ eſt tranſitio vnius in aliud: duo di
cit: ſcꝫ deſitionẽ alicuius rei: ⁊ ſucceſſionem alte
rius. Si em̃ legit̃ aqua conuerſa in vinum in nu
ptijs Joã. ij. deſijt in hydrijs aqua: ⁊ ſucceſſit vi-
nũ: hoc eſt ꝙ forma aque in hydrijs deſijt eſſe: et
ſucceſſit forma vini in materia aq̃. Uel tota aq̃
ſubſtãtia deſijt: tota ſubſtãtia vini ſucceſſit: quip
pe fieri vtrunqꝫ potuit. Qd aũt hoꝝ factũ: ſit ipe
nouit qui fecit. Sic in gñatione naturali ignis
ex aere: aer conuertit̃ in ignẽ: dũ corrupta forma
aeris: ſuccedit forma ignis: ſic albũ vertit̃ in ni-
grum: dum albedini deſinenti ſuccedit nigredo.
Succedere quid dicat̃. ❡ Eſt ergo cõuerſio ſucceſſio entitatis poſitiue
ad entitatẽ poſitiuã deſinentẽ. Illud ſᷣo ſm opi
nionẽ Scoti, dicit̃ ſuccedere qd ad deſitionẽ al-
terius nouũ eſſe recipit: aut in eſſe qd hꝫ conſer-
uat̃: ita ꝙ niſi aliud deſineret: ipſum non recipe-
ret nouũ eſſe nec in eſſe qd hꝫ ꝯſeruaret̃. Ex quo
ſequit̃ ꝙ corruptioni vermis in terra non ſucce-
dit ſol in celo: q̃uis corrupto verme cõſeruetur:
maneret em̃ nihilominꝰ ſi vermis corruptio nõ
preceſſiſſet. ❡ Scdo ſequit̃ ꝙ de ratione ſucceſ-
ſionis nõ eſt ꝙ ſuccedẽs ſit in eadẽ materia ſub
eiſdẽ accidentibꝰ: vel in eodẽ loco in qua: quibꝰ:
vel quo fuit id cui ſuccedit. Patet ex ſecũdo. Unñ
ſi deus cõſeruaret ſolẽ in celo ad deſtructionem
alicuius animalis in terra al's nõ cõſeruaturꝰ:
ſol q̃tũ ad eſſe in quo cõſeruat̃: ſuccederet aiali
⁊ animal deſinẽs cõuerteret̃ per ꝯſequẽs in ſolẽ.
❡ Tertio ſequit̃ ꝙ nõ eſt de rõne ſucceſſionis vt
ſit nouitas aliqua in ſuccedente: qꝛ ſi res aliqua
in ſuo eſſe qd habuit ſine ſui mutatione cõſerua
ret̃ ad corruptionẽ alicuius rei al's nõ cõſeruan
da: illa ſuccederet rei corrupte: ſine ſui mutatio-
ne ⁊ qualibet nouitate. Sentẽtia eſt Scoti qdli.
q. x. ❡ Et poſſet ratio aſſignari: qm̃ qꝛ res de no-
uo ꝓducta. i. accipiẽs eſſe poſt nõ eſſe ad deſitio
nem alterius ſuccedit deſinẽti rõne res cõſerua-
ta. i. accipiẽs eſſe poſt eſſe p̄cedẽs ⁊ deſitionẽ al-
terius ſuccedit ei: nulla em̃ poteſt aſſignari rõ di
uerſitatis cũ cõſeruatio eſt quedã ꝓductio: nam
vtrobiqꝫ ad eſſe cauſe ſequit̃ effectus: qui cauſa
ceſſante nõ ſequeret̃. Poſita em̃ cauſa ſufficien-
te ⁊ ꝓducẽte: ponit̃ effectus de nouo: ſi prius nõ
fuerit: aut ponit̃ nõ de nouo ſi prius fuerit: ⁊ hoc
ſi eadẽ fuerit cauſa ꝓducẽs ⁊ cõſeruãs. Nec mi-
nus hꝫ eſſe effectus a cauſa cõſeruãte: q̃ a cauſa
ꝓducẽte: qꝛ ita cõſeruatũ nõ eſſet ſubmoto con-
ſeruante: ſicut ꝓductũ nõ eſſet remoto ꝓducẽte.
❡ D Per hoc patet ad ſm quid in quid conuer
ti poſſit: nã tũc res aliqua cõuerti põt in aliã: dũ
vtraqꝫ eſt in poteſtate agẽtis q̃tũ ad eſſe vel cõ-
ſeruari: ⁊ nõ eſſe ſimpliciter vel ſm quid. Unñ di-
citur primo ꝙ nõ ſolũ corpus in corpꝰ: aut ſub-
ſtantia in ſubſtãtiã: ſeu accidẽs in accidens: ſed
ſpiritus in ſpiritũ: ⁊ corpus in ſpiritũ: ⁊ ſpiritus
in ſubſtãtiã corporalẽ: ſubſtãtia in accidẽs ⁊ ac-
cidẽs in ſubſtantiã: et gñaliter quodlibet creatũ
in creaturã quãlibet põt cõuerti diuina poteſta
te. Patet: qꝛ cũ quelibet creatura eque eſt in ple
na poteſtate dei q̃tũ ad eſſe ⁊ nõ eſſe poteſt q̃li-
bet creaturã annihilare: ⁊ ad deſitionẽ alterius
cuiuſcunqꝫ ꝓducere: ſimiliter põt q̃libet creatu
ram cõſeruare ad deſitionẽ alterius. Quod cuꝫ
facit: creaturã que deſinit in eã quã ſic cõſeruat
vel ꝓducit: cõuertit. Nec tamẽ ꝓpter talẽ cõuer
ſionẽ vnũ fit reliquũ: hoc eſt ſi corpus conuertit̃
in ſpiritũ: nõ ideo corpus fit ſpiritus: neqꝫ mate
ria fit forma ſi in formã cõuerteret̃: nõ ſubſtãtia
accidẽs: vel ecõuerſo: cũ cõuerti vnum in aliud:
nõ eſt vnũ fieri aliud: ſed eſt vni deſinẽti ſuccede
re aliud: licet in caſu ex corpore fit ſpiritus: et ex
materia fit forma: qd nihil aliud eſt dictu: niſi ꝙ
deſinẽti corpori ſuccedit ſpũs. Sicut in gñatio-
ne naturali ignis ex aere: aer nõ fit ignis: nec for
ma aeris fit forma ignis: ſed forma aeris corrũ-
pit̃ ⁊ ꝓducit̃ in eadẽ materia forma ignis: qd eſt
cõuerti aerẽ in ignẽ: ſiue formã aeris in formam
ignis. ❡ Secũdo dicit̃ ꝙ nihil cõuerti poteſt in
deũ: vel in aliquod intrinſecũ deo. Probat̃ qꝛ ni Nihil in deum vel in aliquod intrinſecum deo conuerti poteſt.
hil intrinſecũ deo eſt in poteſtate dei q̃tuꝫ ad eẽ
et nõ eſſe: cũ eſſe intrinſecũ deo: eſt deus: ⁊ neceſ
ſe eſſe ⁊ nõ poſſibile non eſſe. Potẽtia enim diui
na eſt tantũ reſpectu poſſibiliũ: vt declarant do
ctores circa diſtinctionẽ primi: ⁊ ideo non ſucce
dit eſſe diuinũ cuicũqꝫ creature deſinẽti: cũ ſiue
creatura deſinat: ſiue non: neceſſario eſt deꝰ: nec
ſolũ neceſſario eſt: ſed neceſſario eſt immutabi-
lis: ⁊ ideo nõ tantũ quoad eſſe non ſuccedit: ſed
etiã q̃tũ ad omnẽ moduꝫ ſui eſſe nulli creature
ſuccedit. ❡ E Sed forte q̇s diceret cõtra primũ. Obiectio.
Illud videt̃ eſſe cõtra beatũ Aug. ſup Gen̄. dicẽ- Auguſti.
tem lib. vij. Omne corpus in omne corpus poſſe
mutari nõ defuerũt qui aſſererẽt: corpus aũt ali
quod cõuerti in animã: fieriqꝫ naturam incorpo
reã nec quẽq̃ ſenſiſſe ſcio: nec fides hꝫ. Et eodeꝫ
lib. expreſſius habet̃ ideꝫ. Omne inquit corpꝰ in
omne corpus mutari poſſe credibile eſt: quodli-
bet autẽ corpus poſſe mutari in animã: credere
abſurdũ eſt. ❡ Itẽ Boetius in lib. de duabꝰ na- Boetius.
turis dicit. Neqꝫ corporea ſubſtãtia in incorpo-
ream ſubſtãtiã mutari põt: nec incorporea in ſe
inuicẽ mutari: ꝓprias formas mutãt: ſola em̃ in
ſe inuicẽ mutari poſſunt: que habẽt vnius natu
re cõmune ſubiectũ. ❡ Itẽ nõ videt̃ ꝙ ſubſtãtia
poſſit cõuerti in accidẽs: qꝛ nõ poteſt fieri inhe-
rens: nec abſolutũ poteſt cõuerti in reſpectiuuꝫ:
qꝛ tũc abſolutũ requireret duos terminos. Iteꝫ
q̃titas panis nõ põt cõuerti in corporis xp̄i q̃ti
tatẽ: qꝛ nõ põt corpus xp̄i quãtificari per q̃tita-
tem panis: cũ nõ ſit debita cõmenſuratio. ❡ Ad
illa dicit̃ ad primuꝫ: ꝙ beatus Aug. ibi loquit̃ de
conuerſione prime ꝓductionis: ⁊ ſm modũ illiꝰ
productionis vbi de corpore materiali aliud cor
pus productũ eſt: vt de materia informi celum ⁊
elemẽta: ibi incredibile nõ eſt de quolibet corpo
re: quodlibet ꝓduci potuiſſe: ſed non de corpore
in ſpiritũ: qꝛ oſtẽdere vult ꝙ anima nõ eſt produ
cta de materia ſiue corpore materiali. Uel poteſt
dici ꝙ vult ꝙ minus poſſibile eſt corpus in ſpiri
tum cõuerti: q̃ corpus quodlibet in quodcunqꝫ
corpus: qꝛ plus cõueniũt corpora quecũqꝫ inter
ſe q̃ corpus cũ ſpiritu. Uerũ hoc dici poſſet refe
rendo ad potentiã naturalẽ: ſed reſpectu diuine
potẽtie: cui oĩa eque ſubſunt: nec vnũ eſt magis
poſſibile altero. Ideo finaliter poteſt dici beatũ
Aug. ita opinatũ fuiſſe: vel ſm alioꝝ opinionem
locutũ eſſe. Nec probat qd opinat̃: nec aſſertiue
loquit̃ aſſerẽdo vnũ: negãdo aliud: ſed dicit cre-
dibile eſt. Et i alia parte: nec quẽq̃ ſenſiſſe ſcio:
nec fides hꝫ ⁊ poſtea: abſurdũ eſt hoc aſſerere. i.

non eſt vſitatū nec certū. ¶ Ad Boetiū dicit̃ ꝙ loquit̃ de cōuerſione naturali ⁊ immediata: que requirit ſubiectū cōmune: ⁊ principia agendi et patiēdi mutuo in cōuerſis. Dicit em̄ ibidem: ꝙ nō pōt eē in lapidē ꝑmutari: qḋ intelligi nō pōt niſi de cōuerſione naturali et immediata. Quomodo aūt ratio ſua teneat cōtra Euticem: cōtra quē ibi loquit̃: alibi videndū eſt. ¶ Ad tertium ⁊ quartū dicit̃: ꝙ fundat̃ ſup falſa imaginatione: que eſt ꝙ terminꝰ ad quē cōuerſionis induat cōditiones termini a quo: qḋ falſum eſt: q̄ ſi terminus ad quē cōuerſionis recipit eſſe ſm̄ cōuerſionem recipit eſſe ſm̄ cōditionē proprie nature: vt patet etiā in conuerſione naturali. Ideo ſi accidens cōuertit̃ in ſubſtātiā: ſubſtātia ſeruat cōditionē ſuā: ⁊ ecōuerſo ſi ſubſtātia in accidēs: accidens tenet ſuas cōditiones: ⁊ ſi abſolutum in reſpectiuū: reſpectꝰ habebit fundamentū ⁊ terminos ſuos: quos nō habuit abſolutū cōuerſum. Sic ſi q̄titas panis cōuerteret̃ in q̄titatē corporis xp̄i (poſito ꝙ q̄titas ſit accidēs abſolutum) corpus xp̄i ꝓpter hoc nō extenderet̃ q̄titate panis: q̄ conuerſa deſinit eſſe: ſed q̄titate ſua propria: q̄ ſuccedit q̄titati panis cōuerſe: et per hoc patet ſcōm. ¶ f Quoad tertiū: ſcꝫ qua ſpecie cōuerſionis panis cōuertat̃ in corpus xp̄i. Naꝫ in allegatis autoritatibus qnq̄ dicit̃ mutari: qnq̄ cōuerti: ⁊ qnq̄ trāſſubſtantiari. Quomodo ergo ſe habeat cōuerſio ad trāſmutationē: quomodo ad trāſſubſtātiationem: inquirendū. Dicēdum

Mutatio multipliciter accipit̃.

itaq̄ eſt: ꝙ mutatio multipliciter accipitur tā a philoſophoꝝ q̄ a ſanctis: poſſunt aūt acceptiōes iſte reduci ad tres. Unde pōt accipi mutatio large ſiue cōmuniſſime: ⁊ ſic mutari eſt reꝫ incipere vel deſinere eſſe: aut ſe habere aliter poſteriꝰ q̄liter ſe nō habuit prius inſtātanee vel ſucceſſiue: et ſic eſt genus ad motū ⁊ cōuerſionē: q̄ motꝰ dicit ſucceſſionē: ⁊ cōuerſio deſitionē ꝯuerſi: q̄ non importat mutatio in ſpē. Similiter ad creatione et annihilationē et alteratione: q̄ in genere importat q̄cq̄d illi termini importāt i ſpecie. ¶ Secūdo modo accipit̃ ſtricte ꝓ receptione alicuius forme ſubſtātialis vel accidentalis de nouo: vel dimiſſione talis forme p̄habite inſtātanea vel ſucceſſiua: et illo modo materia prima ſi fuiſſet creata ſub forma. i. ſimul creata cū forma: in inſtanti ſue creationis fuiſſet mutata: q̄ in illo inſtanti recepiſſet formā quā ante hoc inſtās non habuiſſet. ¶ Tertio modo accipit̃ ſtrictiſſime: ⁊ ſic mutari eſt ſubiectū p̄ſuppoſitū recipere formam: vel locū prius nō habitā vel habitū: vel talem perdere inſtātanee vel ſucceſſiue: ⁊ ſic accipitur. viij. phyſicoꝝ: vbi innuit̃ ꝙ mutari eſt rē aliter ſe habere priꝰ ⁊ poſteriꝰ. Ex illo ptꝫ ꝙ ꝯuerſio non eſt mutatio ſcōo vel tertio modis ſaltem nō opꝫ: ſꝫ tm̄ p̄mo modo: q̄ qḋ his duobus vltimis modis mutat̃: nō deſinit: qḋ aūt cōuertit̃ deſinit

Conuerſio duplex eſt.

eſſe. ¶ G Sed quō ſe habeat cōuerſio ad tranſſubſtātiationē / aduertēdū ꝙ eſt cōuerſio quedā naturalis: q̄dā ſupnaturalis. Naturalis eſt que fit a p̄ncipijs nature p̄ſuppoſito ſubiecto vtriq̄ termino: vt eſt cōuerſio aeris in ignē. Supnaturalis eſt q̄ fit actione diuina ſpeciali p̄ter ordinē nature: ⁊ iſta ſi fit inter terminos ſubſtantiales: dicit̃ trāſſubſtātiatio. Si inter terminos accidētales: poſſet dici trāſaccidētatio. Si inter terminum a quo qui eſt ſubſtātia: ⁊ ad quē qui eſt accidens: poſſet circūlocutiue dici trāſſubſtātie accidētatio. Sic ecōuerſo poſſet dici tranſaccidētis

Trāſſubſtātiatio q̄d.

ſubſtātiatio. ¶ Pōt aūt trāſſubſtātiatio ad ꝓpoſitū ſic deſcribi: eſt cōuerſio ſubſtantie totius in ſubſtātiā nō habētē cōmunē materiā cū priore. Cōuerſio ponit̃ ꝓ gn̄e: q̄ vbicūq̄ eſt trāſſubſtātiatio: ibi eſt cōuerſio: ⁊ nō ecōuerſo. Primū ptꝫ: q̄ in oī trāſſubſtātiatione terminꝰ a quo deſinit eſſe. Si em̄ maneret: nō eſſet trāſſubſtātiatio: q̄ nihil trāſiret in aliud. Dicit̃ ſubſtātie: ad excludendū trāſaccidētationē. Dicit̃ totiꝰ: qḋ dꝫ accipi mixtim. i. cathegorematice ⁊ ſincathegorematice ſimul: vt exponit̃ ipm̄ ⁊ nihil ipſiꝰ quin ipm̄. Per hoc excludit̃ gn̄atio naturalis: in qua lꝫ totū cathegorema. i. integrū tranſeat in totū: vt dicit phs in de gn̄atione. Gn̄atio eſt trāſitio huiꝰ totiꝰ in hoc totū. Siquidē in gn̄atione ignis ex aere: totꝰ aer corrūpit̃: ⁊ totꝰ ignis ꝓducit̃ cathegorematice: nō tn̄ totꝰ aer capiēdo totꝰ mixtim: q̄ nō q̄ncq̄d eſt aeris corrūpit̃: q̄ materia q̄ eſt p̄mo pars aeris: ⁊ poſtea pars ignis nō corrūpitur: ſꝫ manet ſub vtroq̄ termino. Dicit̃ in ſubſtātiā ꝓpter ꝯuerſionē ſubſtātie in accidēs: que nō trāſſubſtātiatio: ſꝫ magis trāſſubſtātie accidētatio. Dicit̃ vltimo: non habentē cōem materiā cū alia: ꝓpter cōuerſionē forme ſubſtātialis ꝑ gn̄ationē de nouo ꝓductā: q̄ lꝫ ibi ſit ꝯuerſio totius forme corrupte in formā ꝓductā: q̄ nihil forme corrupte manet: tn̄ nō eſt trāſſubſtātiatio: q̄ forma corrupta ⁊ forma genita habēt eādē materiā cōem. ¶ h Ex his ptꝫ ꝙ trāſſubſtātiatio eſt ſpecies cōuerſionis ſupnaturalis / ⁊ ꝑ cōſequēs ſpecies cōuerſionis in gn̄e. Ptꝫ ꝙ nulla potētia naturalis pōt in trāſſubſtātiationē: q̄ nulla hꝫ in ſua poteſtate totā ſubſtātiā cōpoſitā q̄tū ad materiā ⁊ formā: cū materia naturalis ſit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: neq̄ ſubſtātiā ſimplicē vt formā niſi mediate ſubiecto cōi vtroq̄ termino trāſmutationis: ſed vbi manet materia cōis ibi nō eſt trāſſubſtantiatio vt patuit: ergo nulla virtus naturalis hꝫ in ſua facultate trāſſubſtantiationē: ſola itaqꝫ potētia diuina q̄ eſt infinita habēs in ſua poteſtate materiā ⁊ formā ⁊ oīe creatum et creabile pōt ſubſtātias trāſſubſtantiare.

Prolatis quinq̄ verbis in inſtāti nō eſt ibi ampliꝰ panis: ſed veruꝫ corpus chriſti.

¶ Et ꝑ hoc ad ꝓpoſitū dr̄: ꝙ ꝯuerſio q̄ ſubſtātia panis ꝯuertit̃ in ſubſtātiā corporis xp̄i: eſt tranſſubſtātiatio: panis q̄ꝫ trāſſubſtātiat̃ in verū corpus xp̄i. Probat̃: q̄ ibi fit ꝯuerſio totiꝰ ſubſtātie panis q̄tū ad materiā ⁊ formā. Nam ibi deſinit eſſe ſimplr̄ tā materia panis q̄ eiꝰ forma: forte ꝑ ſubtractionē diuine ꝯſeruationis ſaluatis accidētibꝰ in ſuo eſſe ſine ſubiecto: ⁊ ſuccedit ꝑ verā p̄ſentiā in locū ſubſtātie panis ſub eiſdē accidētibꝰ verū corpꝰ xp̄i ad panis deſitionē: ergo eſt ibi vera trāſſubſtātiatio: tenet ꝯſequentia ex q̄d nois trāſſubſtātiationis. ¶ i Poſſibilitas antecedētis q̄tū ad oēs partes ſatis ptꝫ: attento ꝙ oīa creata ſunt eque in potētia obedientiali dei. Factū ꝓbatū eſt autoritate eccleſie ⁊ ſanctoꝝ: q̄ ratione ꝓbari nō pōt. Et lꝫ ita eſt ꝙ ſub accidētibꝰ que ante ꝯuerſionē erāt i ſubſtātia panis: p̄ſens eſt ꝑ cōuerſionē corpus xp̄i: nec tn̄ afficit̃ ab eis. Tum vt ſupra dictū eſt: ſic eſſe p̄ſens accidētibꝰ: nō eſt de rōne trāſſubſtātiationis. Tū q̄ deꝰ poſſet facere corpꝰ ſuū p̄ſens accidētibꝰ panis ſimul ⁊ ſubſtātie panis: ita ꝙ panis nō deſineret: ſꝫ maneret cū corpore xp̄i: cū hoc nullaꝫ includat ꝯdictionē: ⁊ ſtatim patebit: ⁊ poſtea ꝯuertere panē in corpꝰ xp̄i iā p̄ns: deſtruēdo panis ſubſtātiā: et ꝯſeruādo corpꝰ ſuū ad deſitionē panis: ⁊ tūc nō eſt ſucceſſio ſube ad ſubam ſub accidētibꝰ illis: q̄ priꝰ fuit corpꝰ xp̄i ſub accidētibꝰ illis eodē mō quo poſtea deſinente pane: ⁊ ſic non ſuccederet. ¶ I Poſſet h̄ dici ꝙ adhuc eēt ſucceſſio corpis xp̄i: nō q̄tū ad eē hic de nouo: ſꝫ q̄tū ad ꝯſeruari

ſub

ſub ſpeciebꝰ panis. Sic em̄ pōt eſſe conuerſio in
preexiſtēs: vt ſtatim. ¶. Tum qꝛ ſicut ſubſtātia pa-
nis: ita ⁊ accidētia eiꝰ poſſunt cōuerti ī corpꝰ xp̄i
⁊ ſic deſinerēt eſſe: ⁊ per ꝯñs corpus xp̄i nō eſſet
Scotus.
p̄ñs accidētibus. Tū qꝛ (vt ſentit Sco.) ſubā pa-
nis poſſet trāſſubſtātiari in corpus xp̄i vt exiſtēs
in celo: abſqꝫ hoc ꝙ acq̄reret nouā p̄ſentiam ad
ſpecies vel locū panis: qꝛ deꝰ pōt velle corpꝰ ſuū
cōſeruare: ſiue eſſe in celo: in ordine ad deſitionē
panis in altari alʼs nō cōſeruaturus: in quo caſu
panis deſinens trāſſubſtantiaret̄ in corpꝰ xp̄i: vt
ptꝫ ex q̄d nōis trāſſubſtātiatiōis: ⁊ tñ nō eſſet in
loco: vel ſub ſpeciebꝰ panis cōuerſi: lꝫ de facto ꝑ
tranſſubſtantiationē panis in corpꝰ xp̄i: corpus
xp̄i realiter ſit preſens accidētibus panis ⁊ loco:
qui panē prius q̄ꝫ deſineret: cōtinebat. Hec oīa
recitata ſunt ſm̄ opinionem doctoris ſubtilis in
Guillielmꝰ ockā.
quodlibe. q. x. ⁊ in. iiij. diſt. xj. ¶ R Scd̄m xo opi-
nionem Guil. ockā: ſucceſſio vltra p̄miſſa dicit
preſentiā eius qđ ſuccedit accidentibꝰ: vel loco
eius cui ſuccedit. Et ſꝫ hoc deſcribit tranſſubſtā-
tiationē ſic: eſt ſucceſſio ſubē ad ſubām deſinētē
eſſe ſimplr̄ in ſe: ſub accidentibus aliq̄bus pro-
prijs ſubē deſinētis. addendū eſt: vel ad minꝰ in
eodem loco. etiā addi opꝫ. nō habētis materiam
cōem cū ſubā deſinēte. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ ad tranſ-
ſubſtātiationē req̄rit̄ aliqua nouitas in ter. mino
trāſſubſtātiatiōis: qꝛ noua p̄ñtia eiꝰ ſpēbꝰ vel lo-
co ſubſtātie deſinētis: niſi forte ꝑ miraculū prius
ante cōuerſionē fuiſſet p̄ñs ſubē deſinenti: vt in
caſu ſtatim ſupradicto. Sufficit em̄ ꝙ ſi nō eſſet
preſens ante cōuerſionē fieret de nouo preſens ꝑ
conuerſionē. ¶ Scd̄o ptꝫ ſm̄ illū doctorē: ꝙ ſub-
ſtantia panis nō pōt trāſſubſtātiari in corpꝰ xp̄i
vt in celo: qꝛ deficeret eius p̄ſentia. Si aūt ſubſtā-
tia panis cū accidētibus cōuerteret̄ in corpꝰ xp̄i:
ſufficeret ꝙ corpꝰ xp̄i per cōuerſionē de nouo in-
ciperet eſſe ī loco: quo fuerat panis ſubā cū ſuis
Obiectio.
accidentibus: ſic ſi ſola accidētia cōuerterent̄ in
corpus. ¶ Si diceres. Poſito ꝙ panis deſineret
in ordine ad corpus xp̄i: vt ī celo abſqꝫ eiꝰ preſen-
tia ad ſpēs panis: panis mutaret̄ ⁊ nō annihila-
ret̄: qꝛ deſitio eius nō eſt abſolute in nihilū: ſed
ad aliquid vere exiſtens: ſcilꝫ corpus xp̄i in celo:
Rñſio.
neqꝫ eſt corruptio qꝛ nō in materia: ergo trāſſub-
ſtātiatio. ¶ Rñdetur ꝙ talis mutatio panis / eſt
mutatio panis large capiēdo mutationē: ſed nul-
la illarum: ſed eſt quedā mutatio ſupernaturalis
cui nō eſt nomē impoſituꝫ: qꝛ nunq̄ꝫ facta eſt: nec
fiet: licet fieri poſſet. Harū opinionū diuerſitas
magis cōſiſtit in quid nōis trāſſubſtātiatiōis: q̄ꝫ
Primum dubium.
in re ipſa. ¶ L Sed circa iſta mouentur quatuor
dubia. Primū: nā videtur ꝙ cōuerſio illa ſit in ſa-
cramēto: nō ſit trāſſubſtātiatio: qꝛ non eſt ad ſub-
ſtantiā tanq̄ꝫ ad ſuum terminum formalē: igitur.
Tenet ꝯſequētia: qꝛ oīs denominatio cuiuſcūqꝫ
trāſmutatiōis ſumēda eſt a termino formali. An-
tecedens ptꝫ: qꝛ illa cōuerſio eſt ad vbi: ſcꝫ ad pre-
ſentiā corporis Chriſti loco et ſpeciebus panis
tanq̄ꝫ ad terminum formalē: ⁊ non ad ſubſtantiā
corporis xp̄i. Quod probatur: qꝛ ad illud eſt con-
uerſio tanq̄ꝫ ad terminum formalem qđ ſuccedit
deſitioni panis: huic aūt nō ſuccedit ſubſtantia
corporis xp̄i: ſed preſentia. Quod probatur: quia
ſubſtantia corꝑis xp̄i non recipit nouum eſſe ad
deſitionem panis: manifeſtū eſt qꝛ prefuit. Nec
conſeruatur in ordine ad deſitionēꝫ panis: quia
etiam ſi non fieret cōuerſio: hoc eſt ſi panis non
deſineret: nihilominus ſubſtantia corporis chri-
ſti cōſeruaretur in ſuo eſſe. Et ſic ptꝫ primum qđ
non ſuccedit ſubſtantia corporis xp̄i. Scd̄m etiā
ptꝫ: qꝛ corpus xp̄i accipit nouā preſentiā ad ſpe-
cies panis: q̄bꝰ (deſinente pane) nūc de nouo eſt
p̄ſens: ergo ſuccedit quātū ad preſentiā localem.
¶ Secundū dubiū: vtrū panis cōuertatur in ſo-
lū corpus chriſti: an etiā in ſanguinē: in aīam: vel
in deitatē? Et videt̄ ꝙ nō ſolū in corpus: ſed etiā
in ſanguinē ⁊ aīam: qꝛ ad deſitionēꝫ panis īcipit
eſſe ſanguis Chriſti / ⁊ aīa ſub ſpēbꝰ panis: ergo
cōuertitur in ſanguinēꝫ ⁊ aīam. Tenet ꝯñā: quia
hic eſt deſitio panis ⁊ ſucceſſio ſanguinis ⁊ ani-
me xp̄i: ergo cōuerſio huius in illa. Tenet ꝯñā: qꝛ
iſta duo importat cōuerſio: ⁊ nihil aliud. Oppo-
Tertium dubium.
ſitū determinat magiſter diſtin. xj. vt infra in re-
ſponſione ad dubiū. ¶ Tertium dubium: qualis
mutatio ſit panis deſitio: an ſit annihilatio: an
corruptio? Et videt̄ ꝙ ſit annihilatio: qꝛ nihil pa-
nis manet: nec materia nec forma: nec prefuit: er-
go annihilatur. Oppoſitū: qꝛ qđ conuertitur in
Quartum dubium.
aliud non annihilatur: ſubſtātia panis cōuertit̄
in corpꝰ xp̄i: ergo M ¶ Quartū dubiū ē ꝯ hoc ꝙ
panis cōuertit̄ in corpus xp̄i. Articulus fidei in
vniuerſali traditus nō eſt imitandus ad intelle-
ctū ſpecialē: maxime non ad illum qui eſt diffici-
lior: ⁊ ad quē plura vident̄ ſequi naturali rōni cō-
traria ⁊ plura miracula. Sicut enim in naturali-
bus pluralitas ſine neceſſitate vitāda eſt: ita ⁊ in
ſupernaturalibꝰ ſuperfluitas miraculorūꝫ. Sed
abſqꝫ cōuerſione panis pōt ſaluari tota veritas
ſacramenti: ⁊ ⁊ caueri miraculorum pluralitas: ⁊
inconuenientia rationi naturali cōtraria: ergo.
Conſequentia nota ⁊ minor. Prima pars ptꝫ di-
cendo: ꝙ cū ſubſtātia panis manente eſſet verūꝫ
corpus xp̄i: qꝛ ad veritatē ſacramenti nihil aliud
requiritur niſi veritas ſigni ⁊ ſignati: ſubſtantia
panis cū ſuis accidentibus eque ⁊ magis poteſt
eſſe ſignū ſicut ſola accidentia: qꝛ ſubā panis cū
ſuis ſpeciebus eſt nutrimentum ⁊ non ſole ſpēs
ideo magis panis ſignificat corpus xp̄i in rōne
nutrimēti ſp̄ualis. Similiter qꝛ ex multis granis
panis cōficitur vnꝰ: ſignificat vnitatē corꝑis ve-
ri ⁊ myſtici: qđ nō cōuenit accidētibus: ergo. Si-
gnatū etiā: ſcꝫ corpꝰ xp̄i eque pōt ſaluari cū ſub-
ſtantia panis ſicut cū accidentibus ſolis: qꝛ non
magis repugnat ſubē eſſe cū ſubſtātijs: q̄ꝫ cū acci-
dētibus ſe nō afficiētibꝰ: neqꝫ accidētibꝰ cū acci-
dentibus cōtrarijs: ſed in ſacramento cū accidē-
tibus panis eſt corpus xp̄i: ⁊ etiā accidentia cor-
poris xp̄i: vt quantitas maior corporis chriſti: ſi
ponit̄ accidens diſtinctū a ſubſtantia. Itē calidi-
tas corꝑis xp̄i: cū frigiditate hoſtie: ⁊ ſic de alijs
accidentibus corꝑis ⁊ panis: quorū multa vidē-
tur cōtraria. ¶ Scd̄a pars minoris patet: ſcꝫ qđ
vitarent̄ miracula: qꝛ dicēdo ꝙ ſubſtantia panis
maneret cū corꝑe chriſti: nō oportet ponere deſi-
tionem materie panis cuius deſitio eſt miracu-
loſa. ¶ Itē caueret̄ ꝙ accidens non eſſet ſine ſub-
iecto. Itē vitaret̄ ꝙ ſit actio ⁊ paſſio nullo ſubie-
cto preſuppoſito. Itē vitaretur deceptio ſenſuū.
Itē ꝙ ſit nutritio ſine ſubſtātiali nutrimento. Itē
vitatur ꝙ materia vel que prefuit: vel que nunq̄ꝫ
de nouo creatur: vt dum ex ſacramento generan-
tur vermes: ſiue dū corpus ad ſumptionē ſpecie-
rum ſacramentalium nutritur: ⁊ ſimilia. Maior
probatur: qꝛ ex quo fides nobis data eſt vt ſit via
ad ſaluteꝫ: ita debet teneri ꝑut eſt magis idonea
ad ſalutē. Sed ponēdo aliquē talem intellectum
ſupra modum difficilē: ⁊ in pleriſqꝫ rationi natu-
rali ⁊ rationi ac experientie repugnantem: eſt oc-
caſio auertendi omnes philoſophos et natura-
lem rationem ſequentes a fide: vel ſaltem impe-
diendi eos ne cōuertātur ad fidē: dum dicit̄ eis

talia eſſe de ſubſtãtia fidei:q̃ vidẽtur tã ſenſui:ꝗ̃
intellectui repugnare. Jmmo videt ꝙ negando
ſubſtantiã panis:tot occurrũt hic difficilia intel
lectu:quot i articulo incarnationis. Et mirũ vi-
Scotus. detur arguit Scotus: ꝙ in vno articulo q̃ nõ eſt
principalis articulus fidei:debeat talis itellectꝰ
aſſeri:propter quẽ pateat cõtẽptui oim ſequen-
tiũ rõnem. ¶ Jtẽ in ſacro veritatis: nulla dʒ eſſe
falſitas:accidẽtia iſta ſignificãt naturaliter ſub-
ſtantias quas affecerunt:et ſi manet ibi illa ſub-
ſtantia:ſignificatio eorũ erit falſa. Nec valet di-
cere ꝙ ſignificant corpus xp̃i qḋ ibi vere contine
tur:⁊ hoc ex inſtitutione xp̃i. Et illa ſignificatio
eſt vera:q̄ ſignificatio naturalis nõ mutat pro-
pter ſignificationẽ ad placitũ:ideo nõ obſtante
inſtitutione xp̃i: manet ſignificatio naturalis:
qua ſignificant panẽ:⁊ ideo eorũ ſignificatio na
turalis erit falſa:ſed ſi maneret ſubſtãtia panis:
vtraqʒ ſignificatio tã naturalis ꝗ̃ ad placitũ eſ-
Rñſio ad ſet vera. ¶ M Ad primũ dubium rñdeo p̃mittẽs
pimum du- ꝙ tria cõcurrunt in trãſſubſtãtiatione panis in
bium. corpus xp̃i:due ſcʒ mutationes ⁊ vna ſucceſſio.
¶ Primum eſt mutatio deperditiua termini a
quo:ſcʒ ſubſtãtie panis q̃ deſinit eſſe ſimpliciter.
¶ Secũdũ eſt ſucceſſio corporis xp̃i qua ſm eſſe
ſuũ nõ nouũ:ſed preexiſtẽs ſuccedit deſitioni pa
nis:⁊ illa ſucceſſio fieri poſſet ſine mutatione cor
poris xp̃i. Poſſet eñ deus velle conſeruari corpꝰ
ſuum in celo ad deſitionẽ panis in terra:ita ꝙ pa
ne in terra deſinente:ſi corpus ſuũ nõ eſſet in ce-
lo:ipſuʒ de nouo produceret in celo: in quo caſu
eſſet ſucceſſio corporis xp̃i ſine eius mutatione.
¶ Tertiũ eſt mutatio localis acquiſitiua termi-
ni ad quẽ:ſcʒ corporis xp̃i:qua incipit de nouo eſſe
preſens ſpeciebꝰ panis ſine perditione ſui vbi in
celo ad deſitionem panis. Et illa ſunt ſeparabi-
lia. Primũ a ſecũdo:q̄ panis poſſet deſinere eſſe
ſimpliciter:lʒ nõ ſuccederet aliud: ⁊ tũc illa deſi-
tio eſſet annihilatio. Scḋm etiam ſeparari põt a
tertio:q̄ poſſet corpus xp̃i ꝯſeruari in celo in or-
dine ad deſitionem panis in terra:abſqʒ hoc qḋ
fieret preſens ſpeciebꝰ panis. Sed tunc nõ eſſet
trãſſubſtãtatio ſm ockam: lʒ eſſet ſm Sco. Ter-
tium etiaʒ poſſet ſeparari a primo: q̄ poſſet cor-
pus xp̃i fieri preſens ſpeciebus panis:pane deſi-
nẽte:⁊ eſſet ſimplex mutatio localis ſine tranſſub
ſtantiatione. Poteſt etiam illud tertium ſepara-
ri a ſecũdo:q̄ poſſet fieri preſens ſpeciebꝰ panis
⁊ cõſeruari:nõ aũt ad ſubſtãtiã panis deſinentẽ.
¶ O Trãſſubſtantiatio aũt ſm opinionẽ ockã:
cõnotat oia illa tria:lʒ principaliter cõnotet ſecũ
dũ. Sicut prãdere cõnotat actionẽ ⁊ tp̃s:q̄ quo-
cũqʒ deficiente nõ eſſet trãſſubſtantiatio: ſʒ ſor-
tiret aliud nomẽ impoſitũ vel imponendũ. Se-
cundũ tamen principaliſſime cõnotat: q̄ ab illo
impoſitum eſt nomẽ tranſſubſtantiatio. Scḋm
Scotum aũt ſolũ duo prima cõnotat ⁊ non ter-
tium. Nam ſm eũ deficiente tertio manentibus
duobus primis adhuc ſaluat ratio tranſſubſtan
Trãſſubſtã tiationis. ¶ Unde ſm eũ tripliciter fieri põt trãſ
tiatio tripli ſubſtãtiatio:vel qḋ vna ſubſtantia deſinens eſſe
citer fieri cõuertat in aliã ſuccedẽtẽ ſibi ſm eſſe nouuʒ ſim
poteſt pliciter:ſiue in loco prioris ſubſtãtie deſinentis
ſiue in alio loco. Ut ſi ad deſitionẽ lapidis ſm ſe
totum:deus ꝓduceret aurũ vel angelũ lapis trãſ
ſubſtãtiaret in aurũ vel angelũ. Uel ſcḋo ꝙ ſub-
ſtantie deſinenti ſuccedat alia ſubſtantia ſm eſſe
ſuũ: nõ nouũ:ſed preexiſtẽs in locũ ſiue ſub acci-
dentibꝰ prioris ſubſtãtie. Sicut in propoſito:cor
pus xp̃i ſm ſuã ſubſtãtiã ſuccedit ſube panis: et
fit preſens eiꝰ ſpeciebꝰ. Uel tertio ꝙ ſube deſinẽ-
ti ſuccedit alia ſubſtãtia quoad cõſeruari in ſuo
eſſe iam habito:ſine ſui mutatiõe:quo modo pa
nis trãſſubſtãtiari poſſet in corpus xp̃i: vt in ce-
lo. Quãtũ ad pmos duos modos cõcordat ockã
non quoad tertiũ:cõcedit quidẽ ſic fieri poſſe:ſʒ
non diceret tunc trãſſubſtãtiatio. Nã deus poſ-
ſet velle ſuũ corpus eſſe nõ ſolũ poſt deſitionẽ pa
nis:ſed in ordine ad eius deſitionẽ:ita qḋ ſi non
prehaberet eſſe:vellet ip̃m de ipſo nouo ꝓducere
in eſſe. Et ſʒ hoc:ſicut deꝰ dr̃ rẽ creare qñ vult eã
eſſe poſt nõ eſſe ſimplr̃: ⁊ ꝯſeruare cũ vult eã eſſe
poſt idẽ eſſe preacceptuʒ. Jta põt velle aliq̃d eſſe:
ſiue quãtũ ad eẽ nouũ: ſiue ꝗ̃tũ ad eſſe antiquũ
in ordine ad aliã rẽ totaliter deſinentem: ⁊ ſic dr̃
ſm Sco. res deſinens cõuerti ⁊ trãſſubſtantiari
in aliaʒ:ſm ockã vero vltra illa requiritur: ꝙ res
ſm eſſe ſuũ nouũ vel antiquũ ſuccedat in locum
deſinentis:vt poſſit dici trãſſubſtãtiatio:⁊ ita do
ctores illi nõ diſſidẽt quãtũ ad rẽ: ſed tm̃ quãtuʒ
ad vocabuli rationem. ¶ P Per hoc ad formaʒ
rõnis dubij negetur ꝙ conuerſio illa in ſacro nõ
fit ad ſubſtãtiam tanꝗ̃ ad terminũ formalẽ. Ad
probationẽ eſt ad vbi tanꝗ̃ ad terminum forma
lẽ:⁊ nõ ad ſubam corporis xp̃i:neget illa copulati-
ua:q̄ vt patuit:ibi ſunt due mutationes:⁊ ſuccef
ceſſio ſube ad ſubam:⁊ propter ſucceſſionẽ ſube
ad ſubſtantiã principaliter dr̃ tranſſubſtãtiatio:
⁊ nõ ꝓpter alias mutatiões:lʒ ipſe req̃rantur. Et
ſic vocãdo terminũ formalẽ trãſſubſtãtiationis
illud qḋ principaliter cõnotat p nomẽ tranſſub-
ſtantiatio:vbi ſcʒ non eſt terminus formalis ſed
ſuba corporis xp̃i ꝯſeruata in ordine ad deſitioneʒ
panis. Sicut in generatiõe naturali forma q̃ ꝓ-
ducit:ꝓducit in materia forme corrupte: ⁊ ita in
loco forme corrupte:⁊ ſic acquirit nouũ vbi:⁊ tñ
vbi non eſt terminus formalis generationis ſiue
ꝓductionis forme. ¶ Et cum arguit ꝙ ſubſtãtia
corporis xp̃i nõ cõſeruat in ordine ad deſitioneʒ
panis:neget. Ad ꝓbationem cõcedit ꝙ corpus
xp̃i ꝑmaneret ſi panis non deſineret. Sed ꝓpter
hoc nõ tollit quin ꝯſeruet ad deciſionẽ panis:q̄
illud dr̃ cõſeruari ad deſitionẽ panis alteriꝰ: qḋ
ſi aliud non deſineret:non cõſeruaretur: aut ſi
aliud deſineret:ipſum de nouo produceret ſi nõ
eſſet. Et ſcḋm eſt in propoſito:q̄ deſinente pane
p verba cõſecrationis:ſi corpus xp̃i nõ eſſet i na
turali ſua cõſiſtẽtia de nouo ꝓduceret a deo ad
ꝓlationẽ verboꝝ cõſecratiõis per quã deſũt ſub
ſtãtia panis. Et cũ arguit ad probãdũ ꝙ vbi ſit
terminus formalis:q̄ corpꝰ xp̃i quãtũ ad nouũ
vbi qḋ acquirit:ſuccedit deſitioni panis. Cõcedi
tur ꝙ vbi eſt terminus formalis:ſed nõ tranſſub
ſtãtiatiõis:ſed motꝰ localis q̃ eſt alia mutatio a
trãſſubſtantiatione:req̃ſita tñ ſm vnũ modũ lo-
quẽdi ad trãſſubſtãtiationẽ:nõ ſʒ aliũ. ¶ Q Si Queſtio.
querit iuxta modũ loquẽdi ockã: cuʒ id in qḋ fit
trãſſubſtãtatio ſuccedit in locũ cõuerſi:vtrũ ſem
per ſit in loco conuerſi diffinitiue:vel an poſſit in
eodem eſſe circũſcriptiue? Ad hoc rñdet ockam Rñſio.
q. vi. quarti in ſolutione q̃nti dubij: ꝙ eſſe in hoc
loco diffinitiue vel circũſcriptiue accidit trãſſub
ſtãtiationi:q̄ põt eſſe trãſſubſtãtiatio: ſiue id in
qḋ fit trãſſubſtãtiatio:ſit in loco vno mõ vel alio
licet de facto in trãſſubſtãtiatione ſacramentali
corpꝰ xp̃i eſt in loco hoſtie non circũſcriptiue ſed
diffinitiue:vt infra patebit. Tñ ſi eſſet ſubſtãtia
panis tranſſubſtantiati equalis corpi xp̃i in celo
poſſet corpꝰ xp̃i ibi eſſe circũſcriptiue: ſicut in ce
lo per partes ſuas loco ⁊ ſitu diſtinctas:poſſet ẽt
ibi eſſe diffinitiue:ſicut placet deo trãſſubſtantiã
ti. Nec ſolũ ſubſtãtia equalis:ſed ⁊ minor ⁊ ma-
ior poteſt

ioꝛ pōt trāſſubſtātiari in ſubſtātiā habentē eſſe
in loco cōuerſe circūſcriptiue:⁊ hoc vel tanꝙ in
loco adequato maioꝛi vel minoꝛi. Adequato q̇dē
quia etiā naturaliter idem coꝛpus pōt fieri ſub
maioꝛi loco ⁊ quātitate:⁊ minoꝛi circūſcriptiue:
ſine acquiſitione ⁊ deperditiōe alicuiꝰ partis il-
lius coꝛpis:vt ptꝫ de coꝛpe primo raro:poſtea dē
ſo ⁊ ecōuerſo. Multo magis pōt deus cōdēſare
coꝛpus ſuum vt exiſtat circumſcriptiue in minoꝛi
loco:ꝙ ſit in celo:⁊ ꝑ ꝯñs pōt intantū condēſare
coꝛpus ſuū ⁊ eius partes vt poſſit circūſcriptiue
eſſe in loco parue hoſtie:quo caſu manerent par
tes diſtincte eiꝰ abinuicē loco ⁊ ſitu ſicut in celo:
nō tñ tm̄ diſtarēt ſicut in celo:eſſet em̄ coꝛpus mi
nus ⁊ caput ⁊ ſingula mēbꝛa minoꝛa ſub hoſtia:
ꝙ in celo. Silr̄ poſſet deus rareſacere coꝛpꝰ ſuū
vt coaſſiſteret maioꝛi loco circūſcriptiue:ꝙ ſit lo
cus eius in celo. Poſſet quoqꝫ deus granū milij
tranſſubſtātiare in maximū montē exiſtētē in eo-
dē loco grani diffinitiue vel circūſcriptiue ꝑ ſui
cōdenſationē. Nō em̄ implicat ꝯdictionem coꝛ-
pus quātūlibet magnū ꝑ diuinā potētiā cōdēſa
ri ad quālibet paruitatē:⁊ ita poſſet mons ma-
ximus ꝯdenſari ad paruitatē grani milij ſine de-
perditiōe cuiuſcunqꝫ ſibi eſſentialis. Poſſet etiā
granū milij trāſſubari in montē:manēte montis
magnitudine moti ad locū grani:ſꝫ locus grani
nō erit ſibi adequatus. Nec opꝫ id in qꝺ fit ꝯuer
ſio:eſſe in loco conuerſi adequate ⁊ preciſe:ſꝫ ſuf
ficit ꝙ ſit pñs illi loco:ſiue adequato:ſiue maioꝛi
ſiue minoꝛi:dūmodo nō ſit totaliter ſeparatū a
loco ꝯuerſi. Nā ſi ex aqua genera᷑ vapoꝛ:non eſt
ille vapoꝛ preciſe in loco aque conuerſe in vapo-
rē:ſed occupat longe maioꝛē. Sic ecōuerſo dū va
poꝛ cōuerti᷑ in aquā:aqua habebit locū minoꝛē
loco vapoꝛis. R ¶ Pro maioꝛi autē oſtenſione
poſſibilitatis hmōi tranſſubſtantiationis:⁊ cla-
rioꝛi eiꝰ intellectu:pñt notari alique ꝓpoſitiōes.

Pro intellectu trāſſubſtātiatiōis.

¶ Prima. Deus ꝑ ſuā oīpotentiā infinitam pōt
quālibet creatā ſubſtātiā ſm oēs ſuas ptes ſi eſt
cōpoſita:vel ſi fuerit ſimplex ſm totā ſuā ⁊ ꝑfectā
eſſentiā deſtruere. Patet:qꝛ quecūqꝫ ꝓduxit pōt
deſtruere:cū ſm phm̄:facilius ſit deſtruere ꝙ cō
ſtruere. Nō em̄ q̇cūqꝫ ſuba ex hoc ꝙ creata eſt:
ꝯxit neceſſitatē eſſendi ſimpliciter:qꝛ ꝑ ſui crea-
tionē nō cōſequi᷑ exēptionē a diuina potētia:ſed
ſicut ꝯtingenter mere creata eſt:ita contingēter
mere a deo cōſerua᷑. Pōt ergo deus ſubtrahere
ſuā manutenētiā ſiue ꝯſeruationē reſpectu cuiuſ
cūqꝫ ſube:quo facto quelibet harū deſinit eſſe:
qꝛ ſine eius cōſeruatione vadit in nihilū:ſicut ꝑ
eius cōſeruationē ſalua᷑ in eſſe. ¶ Scđa ꝓpoſi-
tio. Deus pōt ꝑ eandē ſuā potētiā aliquā ſubam
totaliter nouā in eſſe ꝓducere. Ptꝫ:qꝛ cū ſit infi-
nite potentie:nō eſt eius potētia ꝑ ꝓductionem
creaturarū iā actu ꝓductarū exhauſta: nec manꝰ
ſue potētie abbreuiata:qꝛ oēs ille finite ſunt nu-
mero ⁊ ꝑfectione. Siquidē oīa fecit deus in nu-
mero:pōdere ⁊ mēſura:ergo vltra has pōt alias
totaliter nouas ꝓducere. ¶ Tertia. Deꝰ pōt ea-
dē virtute qua primo res in eſſe ꝓducit de pure
nihilo:ipſas iam annihilatas ſm idē eſſe qꝺ ha
buerūt reparare. Ptꝫ:qꝛ nō eſt maioꝛ rō impoſſi
bilitatis:vt res reproducan᷑ poſtꝙ in nihilū trā
ſierūt:ꝙ vt ꝓduceren᷑ poſtꝙ nūꝙ fuerūt. Utro-
qꝫ em̄ mō ꝓducū᷑ de pure nihilo eſt. ¶ S Quar
ta. Deus pōt ſubam quā de nouo ꝓduxit:ſilr̄ eā
q̄ prefuit ⁊ actu eſt:trāſferre ad locū ſube q̄ tota-
liter deſinit eſſe:⁊ facere pñtē accidentibꝰ deſinē-
tis ſube cōſeruatis. Ptꝫ primū:qꝛ minus eſt trāſ
ferre ꝙ creare. Primū ptꝫ ꝑ ꝓpoſitionē ſcđaꝫ:er
go ⁊ ſcđm. Scđa pars ꝓpoſitionis: qꝛ accidētia
ꝯſeruari ſine ſubiecto nullā includit ꝯdictionē:
ergo a deo negādū nō eſt. ¶ Pꝛetea accidētia de
pendēt ad ſubiectū tanꝙ ad cauſam extrinſecā:
quippe ſuba nō eſt de eſſentia accidētis:⁊ ita ex-
trinſeca accidēti. Sed oēm cauſalitatē cauſe ex-
trinſece deꝰ pōt ſupplere: nō qꝺ ſubijcia᷑ accidē
tibus ſm ꝙ ea ſuſtētet.i.cōſeruet. ¶ Quīta. Pōt
deꝰ ſubam deſtructā in loco in quo prefuit:repa-
rare in oꝛdine ad aliā eſſe deſinētē:etiā eā q̄ actu
eſt in loco ſuo in quo actu eſt:ad alteriꝰ ſube deſi
tionē cōſeruare:ita ꝙ eā ſi nō eſſet: de nouo pro-
duceret ad totalē deſitionē alterius ſubſtātie in
alio loco. Ptꝫ ex prioꝛibꝰ: ⁊ qꝛ nulla hic pōt aſſi-
gnari cā impoſſibilitatis:qꝛ nulla oīno implica-
tur contradictio. ¶ Ex illis manifeſte apparet
poſſibilitas trāſſubſtātiationis ſm ambas vias
ſupꝛa tactas. Pōt em̄ deus ſubam panis deſtrue
re ex ꝓpoſitione prima. Pōt coꝛpus ſuū in oꝛdi-
ne ad deſitionē panis cōſeruare ex ꝓpoſitiōe q̄n
ta. Pōt illud facere pñs ſpeciebꝰ panis cōſerua-
tis ex ꝓpoſitiōe quarta. Hec cū facit panē ī coꝛ-
pus ſuū trāſſubſtātiat:vt ptꝫ ex trāſſubſtātiatio-
nis diffinitione. Pōt em̄ agēs naturale formā in
formā conuertere coꝛrūpendo formā in materia
exiſtētē:⁊ aliā in eandē materiā introducēdo: ſi-
ue de nouo ꝓducēdo:nō materiā quā nō hꝫ ī ſua
facultate ꝙtū ad eſſe ⁊ nō eſſe. Hec aūt eſt in ptā
te dei nō minus ꝙ forma:ergo pōt totā materiā
⁊ formā in totū cōuertere:deſtruēdo illud totū ⁊
producēdo aut conſeruādo illud totū. ¶ T De

Rñſio ad ſecundum dubium.

ſcđo dubio dꝛ primo:ꝙ panis nō cōuerti᷑ in dei-
tatē:qꝛ ptꝫ ex ſtatim.ſ. dictis ꝙ in deitatē nihil
cōuerti pōt:ipſamqꝫ ꝓpter ſuā neceſſitatē ⁊ im-
mutabilitatē nulli poſſe ſuccedere. Scđo ex eiſdē
dictis ptꝫ:ꝙ qꝛ q̄libet creatura in quālibet ꝯuer-
ti pōt ptāte diuina:panis ſuba ꝯuerti pōt in aīaꝫ
xpi ⁊ ſanguinē:ſꝫ an de facto ꝯuerta᷑ panis ī ani
mā ⁊ ſanguinē ⁊c. quotiens miſſa rite celebꝛatur:
de hoc querit dubiū. ¶ Ubi hoc primo firmiter
tenendū eſt:ꝙ facta ꝯſecratione ſub ſpeciebꝰ pa
nis eſt verū coꝛpꝰ xpi:tale quale eſt in ſua natu-
rali cōſiſtentia.i. quale eſt ad dexterā patris:non
moꝛtuū:ſꝫ viuū:⁊ ꝑ ꝯñs vitalibꝰ humoꝛibꝰ plenū
non moꝛtale:ſed gloꝛioſum. Eſt ergo ibi aīa xpi:
ſanguis: diuinitas: ac cetera que in coꝛpe ſunt:
aut in celo exiſtēti vniun᷑:hec ſufficiēter. ſ. ſunt
declarata lec. xxxix. ⁊. xxxvij. ¶ Sꝫ an oīa iſta ſint
ibi per cōuerſionē panis in illa:ſiue ex vi cōſecra
tionis:aut quodlibet horū ſit terminꝰ formalis
⁊ per ſe ꝯuerſionis:aut ſolū coꝛpꝰ xpi:hoc eſt qꝺ
nunc inquirimus.

Dubium.

Rñſio ad dubium.

¶ Pro cuiꝰ deciſione eſt notā
dū poſt venerabilē Guil. ockā. q. vi. lib. iiij. et in
tractatu ſuo glioſo de ſacro euchariſtie. ca. iiij. qꝺ
cōuerſio ⁊ tranſſubſtātiatio duplr̄ accipi᷑. Uno
mō cōiter ſiue large:pꝛout. ſ. deſcripta eſt:et hoc
mō ꝯuerſum deſinēs ꝯuerti᷑ ī quodlibet ſibi ſuc
cedēs. Alio mō accipi᷑ magis ꝓprie ⁊ ſtricte ⁊ ſic
cōuerſio eſt ſucceſſio alicuiꝰ prīo ⁊ pꝛincipaliter
intēti a cōuertēte:nō qꝛ cōiūctū alteri ad cōuer-
ſum deſinēs. Illud aūt dꝛ prīo ⁊ pꝛincipalr̄ intēdi a
ꝯuertēte:qꝺ nō intēdi᷑:qꝛ cōiūctū alteri:ſꝫ etiā ſi
eſſet ꝑ ſe ab alijs ſeparatū intēdere᷑ a cōuertēte
tanꝙ terminꝰ cōuerſiōis:ita ꝙ cōuertēs faceret
ipm̄ ſuccedere deſitioni cōuerſi:etiā ſi ipm̄ eſſet
ab oībꝰ alijs ſeparatū. ¶ S Scđo aduertēdū ꝙ ter
minus ꝑ ſe ⁊ formalis etiā duplr̄ pōt accipi. Uno
mō vt diſtingui᷑ a termino ꝑ accidēs:⁊ ſic termi
nus ꝑ ſe ꝯuerſiōis dꝛ entitas illa poſitiua q̄ vere
ſuccedit cōuerſo:⁊ hoc mō q̄libet cōuerſio hꝫ ter
minum ꝑ ſe. Et ſi vni rei cōuerſe ſuccedunt plu-

Terminꝰ ꝑ ſe formalis accipi pōt dupliciter.

forme panis incōpoſſibiles vel an̄ vel poſt. Nō
primū: qꝛ tunc qualitates eſſent in ſubiecto ſibi
incōpoſſibili: qꝺ implicat. Nec poſt: eadē rōne:
nec ante: qꝛ tūc panis eſſet ſimul cū corꝑe xp̄i: qꝛ
corpus xp̄i manet vſqꝫ ad inſtās incōpoſſibili-
tatis: ideo materia redit ꝑ nouā creationeꝫ ip̄a
que prefuit: vel alia eadē ſpecie cū priore de no-
uo creaꝛ̄ ꝛ forma nō panis: ſed cui cōueniūt qua
litatiue diſpoſitiones puta vermis: ignis: cine-
ris: puluis: vel nutrimēti gn̄atur in materia re-
deunte: vel etiā a ſolo deo creaꝛ̄: vt ſupra dictum
eſt. ℂ Niſi diceretꝛ̄ ſicut videtur dicere Inno. ꝙ
xp̄s qꝛ in eucbariſtia eſt vt nutrimētū ſpūale: eſt
ibi quādiu ſpēs ſunt nutrimentum cōueniens
corporali. i. quādiu panis ſub hmōi ſpecieb⁹ eēt
cōueniens nutrimentū corporale. Panis anteꝫ
ꝛ vinum nō quādiu manent ſm ſubſtantiā ſunt
cōueniens nutrimentum corporale: ſed per mu
tationem qualitatū certā: ceſſant eſſe nutrimē-
tum: quāuis manent ſm ſubſtantiā: ꝛ ſic corru-
ptis ſpecibus ſm eā habitudinē ſm quā eſſent
cōuenientes nutrimēto: deſinit eſſe corpus xp̄i
ibi: ꝛ ideo redit ſubſtantia panis que pōt affici
ſpecieb⁹ nō cōuenientibus nutrimento: de qua
prius naturaliter gignitur vermis vel ignis ꝛc.
Sed illud eſt contra cōe dictū doc. ꝙ tandiu ma
net xp̄s ſub ſpeciebus: quādiu manet ibi ſubſtā
tia panis ſi nō eſſet cōuerſus. ℂ Item tūc diffici
le eſſet inuenire gradū certum alterationis ſpe-
cierum vſqꝫ ad quē preciſe maneret eucbariſtia. Obiectio.
ℂ M Sed forte di. Si ſacꝛ̄m nutriret: ſacerdos
ſumens eucbariſtiā ſolueret ieiunium: ꝛ ita nō
poſſet eodē die bis celebrare. Item ſacꝛ̄m eſt ci-
bus ſpūalis ꝛ nō corporalis. Nā inter alias hec
vna eſt cauſa quare panis non manet cum cor-
pore xp̄i in eucbariſtia: ne ſacramentū reficeret
corporaliter: qꝺ eſt cibus ſpūalis aīe. Itē Amb. Ambro.
dicit ꝙ eſt cibus mentis nō vētris. ℂ Ad iſta dꝛ Reſponſio
ꝙ ſacꝛ̄m iſtud reficit ꝛ nutrit corporaliter: vt ex ad obiec.
premiſſis patet: alioquin experimentum accipi
poſſet de preſentia corporis xp̄i. Si ſcz quis ſa-
mentū ſumens in magna quātitate: ꝛ nullū aliū
cibum nihilomin⁹ deficeret: verūtm̄ ſi illud pre-
ciſe nutrit qꝺ cōuertiꝛ̄ ī ſubſtātiā rei alite ſacꝛ̄m
nō nutrit: licet ſumens ſacꝛ̄m nutriaꝛ̄: ſꝫ ſub̄a ſi
ue nutrimentū rediēs ſm predicta nutrit. Illud
em̄ nō ſpēs cōuertiꝛ̄ in ſubſtātiā rei alite. Et ita
intelligēdū eſt cū dꝛ ꝙ ſacꝛ̄m nutrit: ſeu ſpecies
nutriunt. i. ſumens ſacꝛ̄m etiā ſine alio cibo nu
tritur. ℂ Et per hoc ad primū dꝛ ꝙ ſacerdos ſu-
mens hoc ſacramentū nō ſoluit ieiuniū nature:
qꝛ ſacramentū nō eſt cibus corporalis. Tū qꝛ cō
tētū ſcz corp⁹ xp̄i tm̄ eſt cib⁹ mentis ꝛ nō corpis
nec ipſo aliquaten⁹ nutriꝛ̄ corp⁹: nec eſt pn̄s ei
qꝺ nutrit ſicut accidentia alterata. Tū quia ſe-
quens cibatio ex ſub̄a reuerſa: eſt ꝑter intētionē
cōſecrātis ꝛ ſumentis: ꝛ oīno impertinēs ad ip̄ꝫ
ſacꝛ̄m. Tū qꝛ nihil ei⁹ qꝺ ſumiꝛ̄ ꝯuertiꝛ̄ in ſubſtā
tiā ſumētis. Tū qꝛ illud qꝺ cōuertiꝛ̄ in ſubſtātiā
ſumētis nō ſumiꝛ̄ deforis: nec traijciꝛ̄ ꝑ viā natu
ralē ad ſtomachū ſicut cib⁹: ſꝫ int⁹ de nouo crea
tur: vt dictū eſt: iō nō ſoluit ieiuniū. Sicut non
ſoluit ieiuniū cib⁹ an̄ mediū noctis ſumptus: ꝛ
poſt mediū noctis digeſt⁹: ꝛ in ſumentis ſub̄am
cōuerſus. Siq̇dē ſol⁹ cib⁹ deforis ſumpt⁹ in via
ad ſtomachū ſoluit ieiuniū: etiā ſi nō ꝯuerteretꝛ̄
in ſub̄am aliti ſicut q̄dā medicine. ℂ Ad ſm dꝛ
ꝙ eſt cib⁹ ſpūalis: ꝛ nō corꝑalis quātū ad nutri
tionē ꝙ̄diu ibi eſt ỽitas ſacꝛ̄i: non em̄ cibat car-
naliter inquātū eſt ſacramentū: ſed ad cibandū
ſpūaliter eſt ordinatū. Ipſa aūt cibatione ſpūa
li terminata per deſitionem pn̄tie corporis xp̄i:
cibat corporaliter per ſubſtātiā redeūtem. Que
aūt ſit cā ꝙ nō maneat panis dictū ē: licet illa in
argumento tacta pōt eſſe congruitas quedam.
Ad beatū Ambro. dꝛ ꝙ Ambroſius loquitur de
ip̄o corpore xp̄i ꝙ eſt cibus anime tm̄: ſm Alex.
de ales vbi. ſ. ℂ N Cōſequēter de trāſmutatio
ne paſſiua accidētiū eucbariſtie. De motu loca
li ſpecieꝝ plane dꝛ: ꝙ mot⁹ localis ſpecierū fieri
pōt ỽtute naturali ſicut earūdē ante conſecra-
tionē: hoc eſt ita ſeparata moueri pn̄t ſicut cōiū
cta: ſm oēs doc. quia ſi tenetur ꝙ mot⁹ ſit acci-
dens ſucceſſiuū diſtinctum realiter a mobili et

loco:erit ſubiectiue in mobili:⁊ q̄ꝛ accidētia quā
titas ⁊ qualitas ſunt mobilia:eis inheret motꝰ
ſicut ſubiecto. Cū ergo in motu hmōi ē aſſigna-
re ſubiectū motus:ſcꝫ accidens motū localiter:
poteſt agēs naturale mouere accidētia ſeu ſpēs
localiter tanq̄ ſubiectuꝫ motus. Nulla em̄ alia
cauſa eſt ꝙ agentia naturalia nō agūt circa hoc
ſacr̄m:niſi ſublatio ſubiecti:vt ptꝫ ex tertia re-
gula. Niſi diceref ꝙ accidens nō pōt informare
accidēs:ſed oē accidēs immediate inheret ſubē
Qualitates ṽo mouētur ad motū ſubiecti:ꝑ mo
tum nō inherentē ſed coaſſiſtētē:ſicut etiam de
quātitate vna opinio recitata eſt. Tūc de motu
ſicut de qualitatibꝰ ſuppoſito ꝙ nō ſint in quā-
titate ſtatim dicetur. Si vero motus nō diſtin-
guitur a mobili tunc in motu locali ſpecierꝫ non
eſt mutatio acq̄ſitiua alicuius noue rei: nec de-
perditiua:ita ꝙ in motu locali nouum ꝓducif
aut corrūpitur: ſed mobile fit preſens de nouo
alicui loco cui prius nō fuit preſens:⁊ hoc fieri
per agens naturale nihil plus requirit/niſi mo-
bile ⁊ locum:⁊ hec ſunt in ꝓpoſito ſiue acciden-
tia ſint in ſubiecto:ſiue nō. Sed cōſequēter vidē
dum eſt de mutatione paſſiua:⁊ ꝑmo ad quāti-
tatem:deinde ad qualitatē. ¶ O De primo ſi te
netur ꝙ quātitas nō diſtinguitur realiter a ſub
ſtantia aut qualitate extēſa:tūc nō ſpālis diffi-
cultas de quātitate eucharíſtie: cū illa ſit reali-
ter qualitates ibi ſine ſubiecto remanētes. Te-
nendo aūt ſm aliā opinionē:ꝙ quātitas ſit acci
dens diſtinctū a re quāta:cū experientia mani-
feſtum eſt:ꝙ ſpecies poſſunt rareſieri ⁊ cōdēſa-
ri ad p̄ſentiā agentis naturalis:⁊ ita mutaf quā
titas. Dicif ꝙ ſi ꝑ rarefactionē noua quātitas
maior introducitur:⁊ per cōdēſationem minor
ſiue totalis ſiue partialis:ſm diuerſitatem opi-
nionū de rarefactione ⁊ cōdēſatione: aut noua
ſubtilis ſubſtātia generaf que partibꝰ rari inter
ponif. Quodcūqꝫ dꝛ ꝯñr dicēdū eſt:q̄ꝛ quātitas
nō ē in ſubiecto:rarefactionē ⁊ cōdēſationē ſpe
cierꝫ eucharíſtie nō fieri ab agente naturali per
tertiam regulā:ſed immediate a deo ſupplēte in
hoc actiuitatē cauſe naturalis per ſcđam regu-
lam. Que aūt opinio de rarefactione ꝓbabilior
ſit:videāt naturales ph̄i.iiij.phyſ.diſputantes
Si aūt fieret additio alicuius rei quāte ad ſpēs
ſacramētales:vt vinū nō cōſecratū admiſceref
ſpēbus vini:nō ꝓpter hoc mutaf quātitas ſpe-
cierꝫ vini preexiſtēs:quid aūt ibi fieret dictū ē.ſ.
lec.xxxv. ¶ Itē de mutatione quātitatis ꝑ diui-
ſionē ſpecierū:infra dicetur cū de fractiōe ſacr̄i
tractabif. De mutatiōe ad qualitatē ſiue quali-
tates. Si tenef ꝙ qualitates oēs in ſacr̄o ſunt ſi
ne ſubiecto. Dicēdū ꝙ oēs tranſmutationes ea
rum acq̄ſitiue fiūt imediate a deo ⁊ nō a cauſis
naturalibꝰ. Tū q̄ꝛ qualitates noue q̄ acquirunf
non educunf de potētia materie. Tum q̄ꝛ ⁊ ipſe
manēt ſine ſubiecto. Utrūqꝫ actiuitateꝫ excedit
cauſe naturalis:⁊ ꝓducere aliq̄d de potētia ſub
iecti ⁊ ꝯſeruare accidēs ſine ſubiecto. ¶ De mu
tatiōe deꝑditiua:ſi tenef ꝙ natura poſſit anni-
hilare:dꝛ ꝙ oēs trāſmutatiōes deꝑditiue facte
in ſacr̄o fiūt a cauſis naturalibꝰ. Diceref ergo
ſm illos ꝙ i intenſiōe caloris ſacramentalis cā  *Quid r̄miſſio. Quid intenſio.*
naturalis remittit frigus:ſed ſola cauſa ſupna
turalis intēdit caloreꝫ:q̄ꝛ remiſſio eſt corruptio
gradus qualitatis. Intēſio eſt ꝓductio gradus
noui. ¶ Si ṽo tenef ꝙ q̄litates ſint ſubiectiue
in quātitate:⁊ cā naturalis nō preſupponat ne
ceſſario materiā primā:nec ſubiectū ſubale:ſed
ſubiectū in gn̄e ſit ſuba vel accidēs:tunc omnes
transſmutationes qualitatū in eucharíſtia fieri
ſolite:fiunt per cauſas naturales que educunt
nouas qualitates de potētia quātitatis que eſt
ſubiectū qualitatū. Si ṽo teneretur ꝙ cauſa na
turalis in ſua actione preſupponit materiā pri-
mam:⁊ ſubiectū ſubale:de cuius potentia edu-
cat formas tā ſubales q̄ accidentales:tunc ꝯñr
dicendum ꝙ oēs tranſmutationes circa ſpecies
ſacrales fiunt immediate a deo. ¶ Et ex his ptꝫ
breuiter q̄d dicendū eſt de tranſmutatione paſ-
ſiua accidētium eucharíſtie ſm varias ph̄orum
opi. Accidentiū dico ſenſibilū que fuerūt in pa
ne:aut eis ſucceſſerūt. ¶ P Cōſequēter vidēdū
eſt de actionibꝰ ⁊ paſſionibꝰ corꝑis xp̄i:⁊ accidē
tium eius vt in ſacr̄o. Et primo de actione:ſcđo
de paſſione. Et vtrobiqꝫ tā de facto q̄ de poſſi-
bili. ¶ Premittif aūt hec regula generalis. De
facto nulla fit actio vel paſſio in corpore xp̄i et
eius accidentibꝰ:per quā poſſet ſumi experimē
tum preſentie corporis xp̄i ſub ſpeciebus ſacr̄i.
Patet ex premiſſis:q̄ꝛ voluit deꝰ ſacr̄m iſtud ad
myſteriū eſſe occultū ſenſui ⁊ patere fidei:vt ſic
ſic fides premio ſuo nō fruſtretur. Unde ⁊ ſi ali-
qua oꝑatio naturaliter fieri poſſet per corpꝰ xp̄i
eiuſve accidētia vt in ſacr̄o:aut aliquis effectus
vel tranſmutatio fieri a cauſa naturali:deus co
agendo nō cōcurrit:⁊ ita operationē hmōi im-
pedit:ne experimētū ſumaf de corꝑis xp̄i preſen
tia in ſacr̄o. Quo premiſſo de actione corꝑis xp̄i
non loquimur hic de ea q̄ cōcomitanf p̄ſentiaꝫ
corꝑis xp̄i:hoc eſt que ineſt corpori xp̄i ꝑmo in
celo:⁊ per cōcomitantiā etiā ſibi ineſt in ſacr̄o.
De illo dꝛ infra:cū de his que predicamentum
vbi concernūt tractabitur:vbi etiam agetur de
motu locali corporis xp̄i vt in ſacr̄o. Sed de illa
actiōe que ſibi primo competit vt in ſacr̄o: que
⁊ competeret ſibi ſi ſolum eſſet in ſacr̄o ⁊ nulli-
bi extra:ſic etiā de paſſionibus. ¶ Et primo igif  *Pria ꝯcluſio.*
de actionibus cognitiuis de facto de q̄bꝰ Sco.
in.iiij.diſt.x.q.v.ponit duas ꝯcluſiōes. ¶ Pria
nulla ſenſatio pōt primo ineſſe xp̄o vt in eucha
riſtia. Motiuum eſt:quia organū ſenſus nō eſt
in corpore xp̄i vt in eucharíſtia modo quātitati
uo:qui tñ requiritur ad hoc vt imutetur ab ob-
iecto. Ad hoc em̄ vt fiat viſio corꝑalis : oportet
talem eſſe approximationē organi ⁊ obiecti : vt
poſſit fundari pyramis:cuius baſis ſit in obie-
cto ⁊ conꝰ in oculo. Hec requirit ꝙ vtrūqꝫ ⁊ ob
iectū ⁊ oculus habeat modum quātificatiuum  *Scđa concluſio.*
vt ſit in loco circūſcriptiue. ¶ Scđa concluſio.
Ois oꝑatio ſpūalis puta intellectus ⁊ volunta
tis pōt primo ineſſe xp̄o vt in eucharíſtia. Hāc
deducit:q̄ꝛ aīa xp̄i:quia beata intelligit vt ange
lus quātum ad hoc ꝙ nō dependet intelligēdo
a ſenſibus aut ſenſibilibꝰ. Sicut ergo angelus
alicubi exiſtēs pōt intuitiue intelligere obiectū
ſibi ꝓportionatū ſibi p̄ñs:ita ⁊ aīa xp̄i in eucha
riſtia. Pōt ergo intuitiue videre intellectu oīa
ad eucharíſtiā ꝓportionatā diſtātiam hñtia ſe-
ipaꝫ ſpēs ſacrales:aīam ſacerdotis : ⁊ quecūqꝫ
intelligibilia debitā p̄ñtiā habentia. Et hec in-
tuitio primo ineſt anime xp̄i vt hic in ſacr̄o,nō
vt ineſt illi anime primo vt eſt in celo. Unde pōt
elici ꝙ aliqua videt anima xp̄i primo vt in ſacr̄o
que non videt viſiōe intellectiua in proprio ge-
nere primo vt in celo : puta omnia hic localiter
preſentia:ſuppoſito ꝙ immoderata diſtātia im
pediat intellectionem creatam:ſicut nec ange-
lus exiſtens in celo videt in proprio genere:que
videt hic inferius intuitiue. Ex iſto infert corre
larium:ꝙ xp̄s ꝓpter ſuū eſſe in eucharíſtia non

tantum non

tantū nō ꝑuat aliqua operatione quā habet vt
in celo: ſꝫ etiā vt in eucharistia eſt: habet aliquā
operationē ꝑimo: quā per ꝯñs cōcomitanter hꝫ
vt in celo: vt puta intellectionē ⁊ volitionem cu
iuſcūqꝫ obiecti cuius angelus hic pñs haberet
⁊ per ꝯñs nō ad imperfectionē eſt ſuam: ꝙ ſit in
Ochā. eucharistia: ſed ad multitudinem perfectionuꝫ.
ſacro refra ¶ Q. Prime cōcluſioni nō aſſentit ochā: vñ cō⸗
gatur. tra eā ponit hāc concluſionē. Suppoſitis his q̄
fidei ſunt: nō pōt ſufficiēter ꝓbari ꝙ xp̄s ī ſacro
non poſſit corporali oculo obiecta viſibilia vi⸗
dere ⁊ videri. Quā ſic probat: quia nō minꝰ pōt
principium habere actionē ſuā naturaleꝫ qñ ſe
toto eſt pñs alicui toti paſſo ſeu obiecto: ꝗ̄ dum
per vnā partem eſt preſens vni parti paſſi: ⁊ per
aliam ꝑtē ꝑ̄ſens alteri parti paſſi. Eſt aūt corpꝰ
xp̄i: ⁊ oīa eius accidētia corporalia ſe toto pñs
toti hoſtie ⁊ cuilibet eius parti: ideo eodē modo
pōt eſſe principiū actiuū ⁊ paſſiuū reſpectu vi⸗
ſionis: ſicut ſi vna pars eiꝰ coaſſiſteret parti ho
ſtie ⁊ alia alteri. Nā ſi albedo in pariete tota co
aſſiſteret toti parti: ⁊ tota cuilibet parietis par⸗
ti nihil minus videretur tūc: ꝗ̄ nūc. ¶ Itē poſi⸗
to actiuo ſufficiēti ⁊ paſſiuo: pōt ſeq̄ actio. Nec
ꝓpoſitio hec neganda eſt: niſi ꝓpter rōnē q̄ hic
non apparet: vel ꝓpter autoritatē ſcripture: que
ſilr in ꝓpoſito nō apparet. Uel ꝓpter experien⸗
tiam q̄ hic nō cōcludit: q2 deus ſuſpēdit actionē
cauſaꝝ naturaliū ne agat: vt pꝫ ex regula ꝑ̄miſ⸗
ſa. Sꝫ oculus includēdo potētiaꝫ in corpore xp̄i
Obiectio eſt ſufficiēs agēs cū obiecto: ⁊ ſufficiens paſſum
Rñſio ad receptiuum viſionis: ergo pōt poni viſio. ¶ Et
obiectiōeꝫ. ſi dicitur ꝙ tā organū ꝗ̄ obiectum ſint circūſcri
ptiue in loco. Rñdet ꝙ hoc non eſt ꝓbatū. Et ſi
allegatur autor perſpectiue de pyramide radio
ſa: dr̄ ꝙ autor ꝑſpectiue loquit pure naturaliter
oībus habentibꝰ ſe ordine naturali: nullo cōcur
rente miraculo: ⁊ de his q̄ ipſe expertus eſt. Nū
ꝗ̄ eñ vidit colorē niſi extēſum: in talibus viſio fit
per modū pyramidis ⁊c. ad bonū intellectū. i. re
quiritur talis approximatio ⁊ ſitus obiecti ⁊ or
gani: ꝙ ſi traherent linee imaginarie includen⸗
tes obiectū ab obiecto ad oculū: haberēt figu⸗
ram pyramidis cuiꝰ baſis eſſet in re viſa ⁊ conꝰ
in oculo: qđ verum eſt qñ obiectū viſum eſt ma⸗
ius oculo. Sed deus pōt facere colorē nō exten⸗
ſum: ⁊ tūc videret nō per talē figurā. ¶ Deniqꝫ
etiam hec figura pōt hic ſaluari: quia linee py⸗
ramidis terminant in pūcto indiuiſibili imagi
nario contingente in oculo ideo nō requirūt ex
tenſionē oculi. ¶ Silr quātū ad viſionē paſſiuā
corporis xp̄i: lꝫ nō ſit in loco circunſcriptiue: eſt
tñ in loco diffinitiue qui locus eſt extēſus: ⁊ pōt
fundare baſim pyramidis: vt ſi linee traherent
ab extremitatibꝰ hoſtie continentis corpus xp̄i
preciſe ad oculū ſacerdotis: haberent figuram
pyramidis: ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ videatur: ſal⸗
tem oppoſitū ꝓbari nō pōt. Uñ videt ꝙ oculus
xp̄i in vna ꝑte hoſtie poſſet videre ſe in alia ꝑte
Sicut poſſet ſi oculꝰ eſſet in diuerſis locis circū
ſcriptiue. ¶ Nec obeſt, ſi diceret ꝙ idem nō di⸗
ſtat a ſe: ⁊ diſtātia reqritur obiecti ab organo vt
fiat viſio: q2 eo mō idē diſtat a ſe: dū ē in loco diſ⸗
finitiue: quō diſtaret a ſe: ſi eſſet in loco circūſcri
ptiue. Iſta aūt ſufficerent ad cauſandū viſionē:
ergo ⁊ illa: de quo magis. i. cuꝫ de vbi tractabit.
¶ R Suo mō dicit vtraqꝫ opinio de reliq̄s cor⸗
poralibꝰ actionibꝰ ſicut de viſione ſenſus. Uñ
prima opi. diceret: ꝙ nullā corporalem operatio
nem pōt habere corpus chriſti in eucharistia ꝑ
mo vt vbi: pōt aūt habere oēm ſpūalem. Cū cor⸗
pus nomino: ⁊ aīam ⁊ vtriuſqꝫ accidentia intel⸗
ligi volo. Et voco actionē corporalem: cuius ter
minus eſt res extēſa vel naturaliter extēſibilis.
Oppoſito mō ſpūalis actio dr̄ cuius terminꝰ eſt
res ꝑ naturā nō extēſibilis: cuiuſmodi ſunt in⸗
tellectiones ⁊ volitiones: de quibus dictum eſt.
¶ Fūdamentū ꝑme opi. eſt: quia actio corꝑalis
requirit extēſionē ⁊ modū quātitatiuū agētis et
paſſi. Scđa opinio negat ꝑmū: nā dicit corpus
xp̄i ſub hoſtia poſſe calefacere hoſtiā: ſi deꝰ eius
actionē non ſuſpenderet: ⁊ ſic de aliꝭ actionibꝰ
Negat eñ ꝙ requiritur modus exiſtendi quāti
tatiuus in agente. Nā qñ ſunt duo actiua quo⸗
rum vtrūqꝫ eſt ex ſe actiuū: ⁊ hñt cōſimilē modū
exiſtendi: ſi vnū pōt agere in paſſiuū ſufficiēter
diſpoſitū ⁊ ꝑ̄ſens: etiā pōt agere ⁊ reliquū. Aīa
aūt intellectiua pōt agere in corpꝰ q2 ſm he. Au
gu. ix. de trini. Aīa magnā imutationē hꝫ reſpe⸗ Auguſtinꝰ
ctu corꝑis ſui: nō obſtāte ꝙ nō hꝫ modū exiſten
di quātitatiuū in corꝑe: ergo pari rōne q̄litates
corꝑis xp̄i pñt agere in aliud corpus: q̄ habent
cōſilem modū exiſtendi in ſacro ſicut aīa in cor
pore ⁊ ſunt ex ſe agentia: ⁊ pōt applicari paſſum
bene diſpoſitū: ergo pñt agere. Exiſtētibꝰ enim
actiuo ſufficienti ⁊ paſſo diſpoſito: niſi deꝰ ſuſpē
dat actionē: fit actio. ¶ Nec videtur ꝙ ideo mi
nus ſufficiēs ſit actiuū: quia ſm ſe totū eſt eque
ꝑ̄ſens paſſo: ꝗ̄ ſi eēt ꝑ̄ſens per ꝑtes inequaliter.
Nō eñ videt ꝙ intenſiſſimus calor ſi eēt in pū⸗
cto: iō minus vel remiſſius ageret: cuꝫ etiam ſm
Auicēnā: ſi calor eſſet ſeꝑatꝰ ab oī ſubiecto: ad⸗ Auicennā.
huc poſſet hr̄e actionē oēm quā hr̄e pōt in ſub⸗
iecto: ſed tūc nō eēt neceſſario in loco circūſcri⸗
ptiue: ſꝫ tm̄ diffinitiue. Etiā vtꝰ vnita fortior eſt
ſeipſa diſpſa: iō nō reqrit extenſio ꝑtiū agentis:
ſed quāto magis ſunt ſimul: tāto fortius agunt.
¶ Itē idē pōt agere in ſeipm̄ actione corꝑali: vt
pꝫ de aqua reducēte ſe ad priſtinā frigiditatem
poſt eius calefactionē remoto calefaciente ⁊ ſue
nature dimiſſa: ⁊ tñ idē a ſeipo nō diſtat localr:
nec hꝫ talē modū exiſtēdi quātitatiuū qui ꝯue⸗
nit ei reſpectu extrinſeci puta loci. ¶ Itē modꝰ
accidētalis ꝑncipiꝭ actiui nō impedit actionem
eius: que ſibi cōuenit a natura intrinſeca: ſꝫ eſſe
in loco circūſcriptiue: eſt accidentale q̄litati et
ſubſtātie: ergo ꝓpter eius ablationeꝫ nō auferꝭ
illud qđ ē naturale. ¶ Dicit ergo illa opi. ꝙ oēm
actionē quā pōt hr̄e corpus xp̄i tā corꝑalem ꝗ̄
ſpūalem ſi eſſet in loco circūſcriptiue: pōt etiam
hr̄e vbi ē in loco diffinitiue paſſis equalr diſpo
ſitis. ¶ S Cōſequēter de tranſmutatione paſſi⸗
ua circa corpus xp̄i ⁊ ſua accidētia videndū. Et
primo an poſſit videri oculo corꝑali? Scđo an
oculo intellectuali? Tertio de aliꝭ trāſmutatio⸗
nibus corporalibus. Circa primuꝫ corrñdenter
ad predicta rñdetur ſm Sco. ꝙ corpus xp̄i eiuſ⸗ Scotus.
qꝫ accidentia nec ab oculo corporali xp̄i: nec cu
iuſcūqꝫ alterius glorioſo vel mortali videri pñt:
patet motiuis ſupradictis. Sed ſm opinionem
oppoſitam dr̄ ꝙ corpus ⁊ eius accidētia poſſent
corporali oculo in debita ſubſtantia ꝯſiſtēte: vt
puta ſacerdotis in altari ⁊ circūſtantiū videri:
ſi deus actionē naturalium cauſarū nō ſuſpen⸗
deret: ſuſpendit aūt ex cā ſupradicta. ¶ Sꝫ tūc
querit. Cum partes corporis xp̄i ſunt ſimul in⸗ Queſtio.
diſtincte localr: ſilr ⁊ colores partiū quō diſcer⸗
ni pñt ⁊ quō colores videri: cum tñ colores etiā
extēſi certo mō ſituati ſe impediunt: vt ſi tenue
albū puta pānꝰ ſubtilis albus ponatur ſuꝑ in
tenſum rubeū vel nigrū: color albus nō videtur
¶ Rñdet ſm ſic opinātem: ꝙ ꝑ viſionē corꝑalē

partes diuerſe rōnis diſcernunť per ſuas quali
Rñſio ad tates. Sed ꝑtes eiuſdē rōnis nō diſcernerentur
queſtionē. ſicut ꝑꝫ de albedine intenſa: cuius partes gra-
duales diſcerni nō pñt: ⁊ ꝑtes duoꝝ luminuꝫ in
eodem medio nō pñt per viſuꝫ diſtingui. ¶ De
coloribus ꝑtiū q: ſimul ſunt: dr ꝙ maior eſt dif-
ficultas de colore reſpectu viſus: ꝙ̄ de alijs ſen-
ſibilibus reſpectu alioꝝ ſenſuū: q: diuerſitas ſi-
tus coloris qñqꝫ impedit coloris viſionē: nō ſic
in alijs ſenſibilibꝰ. Nā color immutat actū ſm
oēm ſitū ꝓportionatū. Jdeo difficile eſt videre
qui colores in corpe xp̄i: an oēs: an aliq ⁊ nō oēs
videanť: ⁊ ſi nō oēs: qs predominetur: q: de illo
nullam habemꝰ experientiā. Uñ lꝫ illa ſimultas
coloꝝ partiū corpis xp̄i: poſſent ſe impedire ne
oēs viderenť: nō tñ eſt tm̄ impedimentum quin
aliquid videreť: ſi deus nō ſuſpenderet actionē
coloꝝ: illis nō coagendo: ſicut in exemplo ꝓdi-
cto: lꝫ color albus nō videatur: tñ color rubeus
vel niger videtur. ¶ T Sed hic poſſet queri: an
aliquo mō cōcedi poſſet ꝙ xp̄s videtur in ſacr̄o
oculo corꝑali. Cuꝫ cōiter ppl̄s aſſerit ſe vidiſſe
Queſtio. xp̄ꝫ dñm dū vidit ſacr̄m: ¶ Pro iſto notandū ꝙ
Rñſio ad oculo corporali aliquid dr videri quadrupl̄r: ſcꝫ
queſtionē. per ſe: per accidēs: ꝓpter ordinē ad aliud viſuꝫ:
⁊ ꝓpter cōiūctionē ſil̄em cuꝫ viſu. ¶ Per ſe vi-
detur qđ videretur ſi eſſet ab omni alio ſeꝑatū:
⁊ ſine quo nihil videreť: ſic videť tantū color vel
lux: q: color etiā ſi eſſet a ſubiecto ſeparatus vi-
dereť: vt in ſacr̄o: ⁊ ſine colore vel luce nihil pōt
videri oculo corporali. Jdeo color vel lux ē pro-
prium obiectum viſus. ¶ Per accidēs videtur
qđ accidēti per ſe viſibili ſubijciť. Sic dicimur
videre ſolē: parietē: ꝓpter lucē ⁊ colorem que vel
qui eſt ſubiectiue in ſole ⁊ pariete. ſic dicit ph̄s
ſcđo de aia: ꝙ diatrij filiꝰ videtur per accidēs: q:
color qui in ip̄o eſt: videtur per ſe: ⁊ hoc mō vide
mus ſubſtātias corporeas. ¶ Propter certū or-
dinem ad aliud viſum per ſe: nō informationis:
ſed continentis ⁊ cōtēti dicimur videre cōtētū:
dū videmus cōtinens: vt hominem armatū: dū
arma quibus indutus eſt videmus. Et hominē:
cū tñ ſolū veſtes videmus: ac vinum in vaſe du-
ci: cū ſolū vas cōtinens videmus. Sic in ſcriptu
ris dñr quidā angelos vidiſſe: q: corpus ab an-
gelo aſſumptū viderūt: vt legiť de manue Judi-
cū. xiij. vbi dr. Jntellexit manue angelū dñi eſſe:
Judi. xiij. ⁊ dixit ad vxorē ſuā: morte moriemur: q: vidimꝰ
dñm. ¶ Quarto ꝓpter ſpūalē vnionē vel ꝯiūctio
nē alicuiꝰ cū eo qđ vr aliquo ꝑmoꝝ triū modoꝝ
videri dr: ſicut dr deꝰ viſus in terris ab oībꝰ poſt
Baruch. iij. hoc in terris viſus eſt: ⁊ cū hoibꝰ cōuerſatꝰ: q: ſ.
cōiūctꝰ ē ſpūali vnione corpi xp̄i: qđ viſuꝫ ē ſcđo
mō ꝑ accidēs. Sic dixit dñs. Q: vidiſti me tho-
ma credidiſti. Me demōſtrat xp̄ꝫ loquētēꝫ filiū
dei: quē eo vidit: q: corpꝰ dñi cui vnitū ē vbū vi
dit: quō ēt q̄ hūanitatī xp̄i ſunt vbo attribuunť
per cōicationē idiomatū. ¶ U Scđm hanc di-
Joan. xx. ſtinctionē rñdeť: ꝙ corpꝰ xp̄i vt cōtētū in ſacr̄o:
nō videtur oculo corꝑali ꝑ ſe neqꝫ per accidens
Patet ꝙ nō per ſe: q: corpꝰ eſt ſubſtātia: ⁊ nulla
ſub̄a ꝑ ſe vr: cū nulla ſub̄a videreť ſeꝑata a colo
re ⁊ luce. Scđm pꝫ: q: accidētia q̄ videnť nō ſub
iectanť in corpore xp̄i: ideo per ea non videtur
corpus xp̄i: alioquin infidelis eadem accidētia
videns etiam videret corpus xp̄i: qđ falſum ptꝫ.
¶ Preterea fidelis eodeꝫ mō videt hoſtiā ante
cōſecrationē ⁊ poſt: nec aliud iudicat viſus poſt
conſecrationem: ꝙ̄ prius iudicauit: ⁊ prius non
iudicauit ibi eſſe corpus xp̄i: ergo nec poſt. Cuꝫ
ſit eadem viſio continuata vt pono cuius natu
ralis ſignificatio non variatur: ita nec iudiciuꝫ
preciſe cognitionem illam ſequens. ¶ Scđo dr:
ꝙ etiam non videtur corpus xp̄i in ſacr̄o quar-
to modo. Patet: quia corpus xp̄i nō habet ſpe-
cialem vnionem ad ſpecies que videntur: cū nec
ſint partes corporis xp̄i: nec informent ip̄m: nec
ſuppoſitantur ab eo. Tertio dr ꝙ corpus xp̄i vi-
detur in ſacr̄o tertio modo dicto. Patet quia vi
dentur ſpecies ſub quibus vere ⁊ realiter conti
netur xp̄s: lꝫ non per omnia ſicut contētū in cō-
tinente locatur: vt vir armatus ſub armis: ⁊ vi-
num a vaſe: quia corpus xp̄i continetur diffini-
tiue: illa circūſcriptiue. Neqꝫ proprie ſpēs ſunt
locus corporis xp̄i. Sed locus ſpecierum eſt lo-
cus diffiniens corpus xp̄i: vt. ſ. declaratum eſt.
Uerum ille modus tertius eſt magis proprius
quia videndo vas ꝯtinens vinum: vinum in ve
ritate nō videtur: ideo in iudicio quo iudicamꝰ
nos vinū videre viſo vaſe ſepe decipimur. Nec
eſt illud iudicium ſenſus ſed intellectus: ⁊ ideo
frequēter ſancti dicūt corpus xp̄i ſub ſacr̄o non
videri: ſed fideliter credi: aliudqꝫ videri: aliud in
telligi: vt in auctoritatibꝰ. ſ. allegatis in diuer-
ſis paſſibus loquunť in illis ſancti: de eo qđ pro
prie. i. per ſe vel per ſuū accidens videť. Sic etiā
lꝫ improprie ſatis cōcedi poſſet: ꝙ vidēdo ſacr̄m
videmꝰ deū: q: videmus corpꝰ xp̄i tertio mō: cui
ſpāliter vnitus eſt deꝰ. Hoc ergo caute videat q̄ Attendāt
ad ppl̄m rudē ꝓdicat: ꝙ aut ſubtiliora ſileat: aut hec qui cō
ſi opꝰ fuerit de his ſmonē facere: ita clare ac di- cionanť ad
ſtincte informet: ne dū voluerit ſe oſtendere do- plebeculaꝫ
ctorē ſubtilē fiat in ppl̄o magr̄ erroꝝ: ⁊ nō tā in- rudem.
ſtruat: ꝙ̄ ſimplices in fide turbet ⁊ ſeducat. ¶ X
De viſione intellectuali ꝯcordāt ſco. ⁊ ockā quā
tū ad intellectū ſeꝑatū: nō quātū ad cōiūctum.
Uñ de intellectu ſeparato ſiue angelico ſiue hu
mano: vel etiā cōiūcto ⁊ beato: q: de his eſt par
ratio. (Hi enim ſunt ſimiles in eo ꝙ immediate
poſſunt cognoſcere obiecta intelligibilia: ⁊ non
indigēt miniſterio ſenſuū vt nūc ſupponiť. Jteꝫ
per videre intellectꝰ intelligitur cognitio intui-
tiua obiecti) dr ꝑmo. Ois intellectꝰ nō alligatꝰ
ſenſibꝰ in intelligēdo. ſiue angelicꝰ: ſiue anime
ſeꝑate: ſiue cōiūcte ⁊ btē: naturaliter pōt videre
exiſtētiā corꝑis xp̄i in eucharistia. Patet. Nam
omnis intellectꝰ talis intueť res: vt in ſe hñt eē
ſm ꝙ ſunt ſm ſe intelligibiles. Non eñ capit ta
lis intellectus cognitionē ſubſtantiaꝝ ex cogni
tione accidētiū: ſicut intellectus noſter ꝓ ſtatu
iſto. Uñ q: color eſt ꝓpriū obiectū ſenſus: ⁊ ideo
ois color obiectꝰ ſenſui imediate cognoſciť i ſe:
⁊ nō vnꝰ ꝑ aliū: ita pariformiter: q: totū ens eſt
obiectū intellectꝰ (ideſt ens in ſua gñalitate ſm
quā includit ſub̄am ⁊ accidēs quodlibet ens im
mediate ⁊ in ſe intelligiť ab intellectu: ⁊ vnū per
aliud: quia quodlibet ens ſi eſſet ſeparatum ab
oibꝰ alijs: in debita approximatione exiſtēs ad
intellectū hmōi intuitiue cognoſceretur. Quod
libet ens dico finitū ⁊ creatū: ſecꝰ eñ ē de deo: q̄
nullius creati intellectus eſt obiectū naturale:
ſed volūtarium. Nō igiť accidētia panis occul
tari poſſunt angelis (ſiue bonis ſiue malis: aut
intellectui hois beati vel ſeparato) corpꝰ xp̄i vt
ſub eis exiſtēs: quin videatur dū nō fuerit diſtā
tia imoderata: quinimmo ſicut poſſunt videre
accidētia panis ſeparata ⁊ abſentiā ſub̄e panis
ita etiā naturaliter videre poſſunt preſentiā cor
poris xp̄i ſub illis ſpeciebꝰ: q: nō eſt vnū magis
obiectum intellectus ꝙ̄ aliud: ⁊ hoc ſtante ſem-
per cōmuni coactione dei. Sicut eñ intellectus
talis pōt immediate videre aliuꝫ intellectū an-
gelicum

gelicū vel humanū:ita ⁊ quālibet ſubſtantiā ma-
terialem ⁊ quodlibet itelligibile creatū ſibi pñs.
Nec aliquis modus accidētalis obiecti impedit
eius intuitiuā cognitionē:q2 ſubſtantia ſicut eſt
prior quocūqꝫ mō accidētali: ita prius ⁊ in ſe in-
telligibilis:⁊ ꝑ ɔñs modus accidentaliter poſte-
rior non impedit cognitionē priorū. Eſt autē ille
modꝰ exiſtēdi corꝑis xp̄i ſub ſpēbus eucharistie
ipſi accidētalis: ergo nō impedit eiꝰ cognitionē.
¶ v. Notanter dictū eſt ſtante ſemꝑ cōi influen-
tia ſiue coactione dei: q2 ſi angelo malo ꝑmittaꝛ
vti ſua naturali potētia: pōt intelligere quodcū-
qꝫ intelligibile creatū ſibi pñs:⁊ ita poſſet intelli
gere myſteria gratie:ex quo poſita ſunt in effectu
⁊ ſic preſentiam corporis xp̄i in euchariſtia. Sed
ſicut dicit magr̄ diſt. vij. ſcđi ſniarū:multa pñt ex
natura ſua:q̄ nō ꝑmittunꝛ eis:⁊ creditur ꝙ ange
lus malus videre nō permittiꝛ myſteria grē:⁊ ita
nec p̄ſentiā corꝑis xp̄i ſub ſpecie ſacramētali: vñ
Egidius Egidiustheoremate xvj. Probabile inquit:vide
detur ꝙ deꝰ tā excellēs ſacr̄m celet aliquibus ſub
ſtantijs ſeparatis: ⁊ nō ꝑmittat demones omnē
illā cognitionē habere de ſacr̄o euchariſtie:quaꝫ
habere poſſent ex naturali earum virtute. Et ſic
Autoritas Amb. qualiter exponenda. exponenda eſt autoritas bti Ambro. de myſterio
incarnatiōis:q̄ dicit ip̄m malignum ſp̄m latuiſſe
nō abſolute quin quilibet malus angelus poſſit
videre integritatē virginis marie:tam in mēte ꝙ̄
in carne:ſed nō fuit permiſſus ꝓpter certas cau-
ſas: vt nō impedireꝛ redēptio noſtra eo mō quo
ꝓuiſa eſt. Vñ ſicut nō ſemꝑ ꝑmittūtur demones
facere q̄ poſſent ex naturali virtute (ſicut deducit
beatus Auguſt. ⁊ allegat magr̄ diſt. vij. li. ij. ꝙ ma
gi pharaonis demonū auxilio fecerunt ranas et
ſerpētes:non tñ eoꝝ auxilio facere potuerunt ci-
Auguſtinꝰ. niphes. De quo ita btūs Aug. dicit. Ex ineffabi-
li dei potētia fit vt qđ poſſent mali angeli ſi per-
mitterenꝛ:ideo non poſſunt: q2 nō permittūtur.
Neqꝫ occurrit alia ratio cur nō potuerūt facere
ciniphes qui ranas ſerpēteſqꝫ fecerūt: niſi q2 ibi
aderat maior dñatio prohibētis dei per ſp̄m ſan-
ctū. Hec ꝓhibitio eſt nō per modū precepti: ſed
per ſubtractionē cauſalitatis) ſic in ꝓpoſito cre-
diꝛ deū nō coopari demonibus ad viſionē ſacro
ſcti corporis. ¶ Et ſi legitur aliqñ demones huic
ſacr̄o reuerentiā exhibuiſſe:hoc forte factū eſt q2
ex verbis:ſignis hoīm:factis:aut miraculis ɔtin
gentibus:ɔijciebant ibi adeſſe dei maieſtatē:cui
Ad Phil. ij vt apl's ait ad Phil. ij. Omne genu flectiꝛ celeſtiū
terreſtriū ⁊ infernoꝝ. Aut forte dimiſſi ſunt pro-
prie nature ſm quā (vt dictū eſt) cognoſcere poſ-
Queſtio. ſunt preſentiam corꝑis xp̄i. ¶ 3 Si queraꝛ an an
geli ⁊ beati videāt exiſtētiā corꝑis xp̄i viſiōe btifi
ca in verbo? Dicendū q2 viſio btifica vt talis ter
minaꝛ ad diuinā eſſentiā ⁊ nō ad aliquā creatu-
ram. Non eñ eſt de ratiōe btitudis cognitio cu-
Rñſio ad q̄ſtionē. Aug. iuſcūqꝫ creature ſm illud bti Aug. li. ɔfeſ. Btūs
eſt dñe qui te videt:etiā ſi alia neſciat. Si autē te
⁊ alia videat nō ꝓpter hoc beatior. Accidit ergo
btitudini hāc vel illā creaturā videre actu btifico
in verbo. Illa enim vident in verbo que ſpeculuꝫ
illud ſctiſſime trinitatis luciditſſimuꝫ voluntarie
in ſe dignaꝛ oſtendere:ideo btifica vidēt viſiōe ſi
oſtēditur:ſi nō:non videꝛ:quod aūt horū fiat:du
biū nobis eſt. ¶ Probabile tñ eſt:ꝙ videre exiſtē
tiā corporis xp̄i in ſacr̄o pertinet ad beatitudinē
accidentalē aiaꝝ btāꝝ:q2 ille dum erant viatrices
habuerūt fidem qua firmiter crediderūt corpus
xp̄i ɔtineri ſub hoſtia. Viſio aūt ſuccedit fidei in
patria tanꝙ̄ premium merito:licet eſſentiale pre
miū ſuccedens fidei ſit viſio diuine eſſentie: qua
ſufficienter premiaꝛ (al's que ſufficiēter premiat)
omne meritū fidei. Tñ quoad premiū accidētale
oīno probabile eſt:ꝙ viſio clara: et cognitio eui-
dens oīꝫ articuloꝝ fidei ſuccedat fidei. Neqꝫ eſt
incōueniēs hoīes btōs aliqua videre in verbo:q̄
in illo nō vident angeli:eſto ꝙ non viderent. Si-
cut etiam aīe btē recipiūt aureolas virginū: do-
ctoꝝ ⁊ martyꝝ:que nō dātur angelis. ¶ De intel
lectu coniūcto viatoꝝ aliter ⁊ aliter eſt dicenduꝫ
ſm duas opiniones tactas de viſione corporali.
Nam q2 intellectꝰ cōiūctus nihil extra ſe cogno
ſcit intuitiue:niſi qđ a ſenſu intuitiue cognitum
eſt:⁊ preſentatur intellectui in phātaſmate: ſm il
lud. iij. de aīa Oportet intelligentē phantaſma-
ta ſpeculari. Dicētes corpus xp̄i in ſacr̄o corꝑali
oculo videri poſſe naturalr̄:ſi nō ſubtraheret ſuā
coactionē deus:habēt dicere ɔſequenter:ꝙ etiaꝫ
intellectus coniunctus videre pōt xp̄i exiſtentiaꝫ
in hoſtia. Siquidē q̄cq̄d cognoſcit ſenſus intuiti
ue qui eſt potentia inferior:etiam cognoſcit itel-
lectus ɔiunctus qui eſt potētia ſuꝑior. Qui autē
negāt ſenſum cognoſcere poſſe: habēt ɔſequēter
negare hoc idē de intellectu ɔiūcto quātū ad no
ticiā intuitiuaꝫ. ¶ Habent aūt viatores fideles
noticiā enigmaticā preſentie corporis xp̄i per fi-
dē longe certiorē quacunqꝫ noticia: naturali ex-
ꝑientia cauſata: q2 illi falſum ſubeſſe non poteſt:
nec falli pōt. Experiētia aūt fallax. Unde nonun
ꝙ̄ videre dicimur ea que fide tñ cernimus ſeu co
gnoſcimus: ⁊ fides oculus dicitur qui decipi nō
poteſt. Unde ⁊ btūs Aug. fidē ſcientiā noīat:non
propter euidentiam (q2 ſm apl'm. Fides eſt argu Hebre. ij.
mentū nō apparētiū) ſed propter infallibilē cer-
titudinē. Et hoc modo etiā admitti poſſet modꝰ
loquendi dicētiū. Chriſtū vidi ſub hoſtia. i. firmi
ter credo:preter modos predictos:vt ſic itelliga-
tur. Uidi chriſtū in ſacr̄o. i. vidi ſacramentum in
quo cōtineri veraciter xp̄m firmiter credo. Et ſꝫ
hoc intelligenda ſunt verba quorundā ſacerdo-
tū oſtendentiū euchariſtiā infirmis ⁊ querentiū.
Credis hoc qđ vides eſſe verꝫ corpus xp̄i:vt ſit de
monſtratio ⁊ relatio ad intellectum. i. credis hoc
qđ fide cōcipis eſſe ſub hoſtia viſa: eſſe corpꝰ xp̄i
vel ꝙ fiat demonſtratio ⁊ relatio ad ſacr̄m. i. cre-
dis ſub hac ſpecie quā vides:eſſe corpꝰ xp̄i? Cau
tius ergo dicerēt: credis ſub hoc ſacr̄o eſſe veruꝫ
corpus xp̄i. ¶ ⁊ Finaliter de alijs tranſmutatio- Queſtio.
nibus paſſiuis ad formas corporales. An alique Rñſio ad q̄ſtionem.
tales poſſint fieri naturalr̄ ſiue per cauſas natu-
rales in corpore xp̄i vt in ſacr̄o:videndum. Et eſt
primo dicendū:q2 corpꝰ xp̄i in ſacr̄o eſt gl'ioſum:
doteſqꝫ gl'ioſi corporis comitanꝛ ip̄m vt in ſacr̄o
Eſt ergo ibi impaſſibile ⁊ imortale: ꝓpter qđ nul
lū agēs naturale in ip̄m agere pōt ad eiꝰ trāſmu-
tationē etiaꝫ ſi eſſet localiter in ſacr̄o. ¶ Sed q̄d
ſi adhuc eſſet mortale ſicut fuit in cena. Pōt bre-
uiter dici ꝙ illud fieret qđ in cena factū eſt: de q̄.
ſ. lec. xxxvij. ¶ Sed q̄d ſi dñs nō ſuſpēderet actio
nē ſuā:nec cauſaꝝ naturaliū: tūc variabiꝛ rñſio
ſm duas opiniones tactas. Diceret eniꝫ opinio
pria Sco. ꝙ nullū agēs corꝑale pōt hr̄e quācun-
qꝫ actionē circa corpꝰ xp̄i: vt circa paſſum: vt eſt
in ſacr̄o: eo ꝙ deficit illa habitudo ſitualis inter
agēs ⁊ patiēs:q̄ ſm eū neceſſaria eſt ad actionē
⁊ paſſionē: vt. ſ. dictum eſt. Vñ ɔñr dicit ꝙ corpꝰ
xp̄i vt i ſacramēto:nec nutriꝛ:nec reſpirat:nec ali
quo modo trāſmutaꝛ. Unde videtur ɔñr dicen-
dū:ꝙ ſi corpus xp̄i mortale et paſſibile eſſet ſub
hoſtia:⁊ nullibi extra in conſiſtētia naturali:ɔſer
natis ſpeciebꝰ ꝑpetue:nūꝙ̄ moreretꝛ:nec trāſmu
tareꝛ:quia ei vt ibi:non poſſet applicari corrum

pens naturale:eo ꝙ non eſt in loco dimẽſiue:nec
in ſeipſum agere poſſet:aut vnū membrū in aliḋ
eadē ratione. Sed ſm aliā opinionem oppoſitū
dicendū:ſcʒ ꝙ oīs tranſmutatio naturalis q̄ fieri
poſſet circa corpus xp̄i:ſi eſſet in ſacramento di=
menſiue:etiā nunc fieri poſſet cuʒ ibi ſit diffiniti=
ue:vt.ſ.dictū eſt:ſi deus relinqueret res ſuis na=
turis:⁊ non ſuſpenderet actionem earum.

¶Lectio.xlvi. A

Expeditis
his q̄ reſpiciūt p̄dica
mēta actiōis ⁊ paſſio
nis:tam quoad ſacra
mentales ſpecies cor
pus xp̄i continentes:
q̄ꝫ quoad corpus xp̄i
contentū. Conſequē=
ter dicenduʒ foret de
habitudine eiuſdem
corporis quantuʒ ad
predicamentū habitus:vcʒ vtrū ſit in ſacramēto
veſtitū dotibus glorie ſicut ī celo:⁊ vtrū ſub illis
ſit viſibile ac ſenſu perceptibile. Uerū quia de ſe
cundo ſufficiēter dictū eſt lec. proxima. de primo
etiam aliquid ꝯmemoratum eſt.ſ. lec.xlij. prope
finem.⁊ dicetur.j. qm̄ ex dicendis intellectus ei⁹
pendet:ideo his dimiſſis tranſeundū eſt ad pre=
dicamentū vbi. ¶Et quantuʒ ad illud duo ſunt
principalr̄ tractanda. Primū vtrū corpus xp̄i ſi=
Queſtio.j. mul eſſe poſſit in diuerſis locis:puta in celo et in
ſacramento? Item vtrū etiam poſſit ſacramenta
liter eſſe in pluribus altaribus? Secūdo de locali
motu corporis xp̄i:vtrum de celis deſcendat per
medium ad hoſtiam in hora ꝯſecrationis? Item
Queſtio.ij. vtrū localiter moueaṫ motis ſpēbus. ¶B Cir=
ca primū eſt multorum doctoꝝ opinio:ꝙ lʒ corp⁹
chriſti ſacramētaliter ſit in pluribus locis: puta
in omnibus altaribus ⁊ locis vbi conſecratur eu
chariſtia:vel vbi reſeruatur: fide ad hoc ꝯceden=
dū ꝯpellente: tn̄ corpus xp̄i: ⁊ quodcūqʒ aliud eē
in pluribus locis a ſe ſeparatis circunſcriptiue ⁊
ſm proprias dimēſiones eſt ſimpl̄r impoſſibile.
¶Quod multipl̄r probare nitūtur. Tum q: im=
poſſibile eſt aliq̄d eſſe extra terminos proprios:
ſed termini loci ⁊ locati ſunt ſimul:ergo quod eſt
extra terminos loci:eſt extra terminos poſitiōis.
Tum ſcḋo:q: impoſſibile eſt idem eſſe vnū ⁊ plu=
ra:ſed ſi idem eſſet ꝯmenſuratiue in diuerſis vbi:
eſſet plura: q: ſicut locatum commenſuraṫ loco
ſm quātitatē ꝯtinuā:ita etiā ſm quantitatem di
ſcretā. Tū tertio:q: ſicut res per naturam ꝓpriaʒ
eſt tm̄ in vna ſpecie:ita per vnā dimenſioneʒ ē tm̄
in vno loco ſimul:q: ſicut natura ad ſpeciem: ita
dimenſio ad locū. Tū quarto:q: quecunqʒ vbi di
ſtincta poſſunt eſſe termini mot⁹: ſʒ termini mo=
tus ſunt ꝯtrarij:ꝯtraria ꝟo ineſſe eidē nō p̄n̄t: er
go diuerſa vbi non poſſunt ſimul ꝯuenire eidem
Tū quinto:pari ratiōe qua idē poſſet eſſe in plu=
ribus locis:poſſet eſſe in oibus: ⁊ ſic vbiqʒ:qḋ re
pugnat limitationi creature: ⁊ eſt proprium dei.
Tū ſexto:q: idē tēporale nō poteſt eſſe in diuerſis
tēporibus:prius ſcʒ ⁊ poſterius:ergo idem locale
non pōt eſſe in diuerſis locis. ¶Item illa poſitio
includit multa ꝯtradictoria. Infert etiā eidem in
eſſe ꝯtraria. Infert etiā multa abſurda ⁊ non in=
telligibilia. Primū probatur:q: ſequereṫ ꝙ idem
eſſet ſurſum ⁊ deorſum:dextrū ⁊ ſiniſtrū:ante ⁊ re
tro:que ſunt ꝯtraria reſpectu eiuſdē. ¶Item idē
eſſet calidus ⁊ frigidus:vt ſi eſſet in ſtuba calida
⁊ foris eſſet etiā in medijs niuibus. Sic eñ ignis
produceret calorē in eū in ſtuba ſicut in aliū ſibi
collateralē:⁊ ſimil̄r nubes ꝓducerēt frigiditateʒ
in eundem exiſtentem in medio niuiū: quia vbi=
qʒ agens haberet paſſum diſpoſitum ⁊ ſufficien=
ter ſibi approximatū: ⁊ ita de ſimilibus. ¶Item
ſequeretur ꝙ idē moueretur ⁊ quieſceret: moue=
retur hic:quieſceret Rome: hic ſanus: ibi infir=
m⁹ hic vulneratus:ibi integer perfectus ⁊ ſanus
hic videns:ibi cecus ⁊ exoculatus: hic acephal⁹
⁊ ſine capite aut alijs mēbris trūcatus:ibi totus
oibus contextus:hic patibulo affixus aut aquis
prefocatus:ibi ſolatijs indulgens: cōuiuijs ⁊ vo
luptatibus deditus:hic fame deficiens:ibi abun
danti ſe cibo reficiens:tādem hic viuus:ibi mor=
tuus. Hec ſequūtur:ſi in diuerſis locis circūſcri
ptiue exiſtenti diuerſa exhibentur: vt ſi idem hic
fuerit ⁊ Rome:⁊ vnum oppoſitoꝝ hic aliud Ro=
me adhiberetur. ¶Item ſequeretur idem diſta=
re a ſeipſo. Hec omnia videntur implicare mani
feſtam ꝯtradictionem:cum ſemper terminus pri
uatiuus infert ſuū negatiuum:vt ſequitur:cecus
ergo non videns:quieſcit ergo non mouetur: vi=
uit ergo non mortu⁹:⁊ econuerſo. Eſt rome ⁊ hic
ergo diſtat. Eſt idem ergo non diſtat: nam inter
ea que idem ſunt nihil mediat. ¶Item ſequitur
ꝙ naturaliter eadem materia ſubijcitur diuerſis
formis ſubſtantialibus ſpecificis. Nam ſi idem
nutrimentum cōueniens diuerſis animalibus:
ponaṫ in diuerſis locis:⁊ ſumatur a diuerſis aīa=
libus in illis locis exiſtētibus:ſingulorum virtus
nutritiua ꝯuertet illud in ſuā ſubſtātiā:⁊ ſic eadē
materia nutrimenti erit ſub diuerſis formis ſub=
ſtantialibus: ⁊ aīabiṫ diuerſis ſenſitiuis aīabus
ſpecie diſtinctis. ¶Similr̄ ſi idem lignū diſtāti=
bus ignibus appliceṫ:ſiue diuerſi ignes eidem li
gno in diuerſis locis exiſtenti:quilibet ignis in il
lud tanq̄ꝫ in paſſum ſibi ꝓportionatū ⁊ ſufficien
ter applicatū ꝓduceret formā ignis ⁊ nō vnā: q:
agētia ſunt diuerſa:ergo plures:⁊ materia eſt ea=
dē ergo. ¶Itē ſequereṫ ꝙ quantūcunqʒ paruul⁹
ignis poſſet cōburere oīa combuſtibilia. Habʒ
eñ ignis hic cōbuſtibile ſibi approximatū: ⁊ ibi
aliud:⁊ in tertio loco tertiū:poterit agere i quod
libet:q: ſuper quodlibet habet dominiuʒ agendi
⁊ ita ſimul in infinitis. Sed virtus q̄ poſſet ſimul
in multa parua paſſa:poſſet ſimul in paſſum ma
gnū integrādū ex illis paruis ⁊ ita minim⁹ ignis
poſſet ꝯburere totum ꝯbuſtibile integrandū ex
oibus cōbuſtibilibus. Uel ponaṫ ꝙ ille vnus ap=
pliceṫ totiēs ſingulis partibus ꝯbuſtibiliū:quot
ſunt partes ſup quas habet dominiū:⁊ ſic cōbu=
ret omnes partes omniū ꝯbuſtibiliū:⁊ per conſe
quens oīa ꝯbuſtibilia: q̄ oīa videntur abſurda.
¶C Sed illis nō obſtantibus eſt alia opinio do Opinio
ctoris ſubtilis l.iiij.di.x.q.ij.⁊ Guil.ockaʒ ac ſuo Guilſ.
rum ſequacium:q̄ videṫ probabilior:quia magis Ockā ⁊ ſuo
attribuit ⁊ magnificat dei oīpotētiā q̄ tenet ꝙ cor rū ſequaciū
pus xp̄i nō ſolū in diuerſis locis eē poſſit ſacr̄alr̄
ſʒ ēt ꝑ diuinā potētiā eē poſſit i diuerſis locis cir=
cūſcriptiue ⁊ localr̄:⁊ in tot in q̄t placuerit ſue oī
potenti voluntati. Et qḋ dr̄ de corpore xp̄i: ſimili
ter de quolibet corpore aſſerendū eſt: qm̄ oīa cor
pora:immo omnes creature equaliter ſunt in po
tētia obediētali reſpectu oīpotētie dei: hoc eſt di
ctu:equaliter oīs creatura obedit oīpotētie dei.
¶Ratio aūt principalis ⁊ generalis huius opi=
nionis eſt aliquotiēs ſupra tacta: q: nihil eſt ne=
gandū ab oīpotentia dei:qḋ non includit ꝯtradi Sco.
ctionem euidenter. vn̄ dicit Sco. vbi.ſ. ꝙ deo eſt
poſſibile omne qḋ nō includit cōtradictionē: eſt Ockā.
maxima mihi certiſſima. Et ockaʒ tra. de ſacra.

c.xi. Nihil debet chriſtianus negare poſſe fieri diuina virtute: niſi qđ per rationem ex per ſe notis: que nullus poterit dubitare: pōt euidēter ꝓbare includere cōtradictionē. Uel niſi hoc poſſit elici ex ſcriptura ſacra. Non em̄ iuxta moduȝ cauſaꝝ naturaliū potentiā diuinā arctare debemus: cū diuina poteſtas virtutē creaturarū omniū in infinitū excedat. Hec ille. Idē aūt corpus eſſe in diuerſis locis localiter ⁊ circūſcriptiue nō includit cōtradictionē: vt patebit ſoluēdo rationes ſupra adductas: nec eius oppoſitū habeť in ſcriptura canonica: aut eccleſie determinatiōe: nec ex his euidēter probari pōt: ideo negandum nō eſt a potētia dei abſoluta. ¶ Preterea corpꝰ chriſti eſſe in diuerſis locis ſacramētaliter cōcedere oportet ſm̄ fidē catholicam: ſed eſt eque: immo magis poſſibile corpus chriſti eſſe in pluribus locis localiter ꝗ̃ ſacramentaliter: ergo. Qđ ſit eque poſſibile patet: qꝛ nō magis repugnat ſibi ꝙ ſit totū in diuerſis locis: ⁊ partes preciſe in partibꝰ illoꝝ locoꝝ: ꝗ̃ ꝙ ſit in illis totū in toto: ⁊ totū in omnibus partibus: ſed ſecundū de facto cōcediť: ergo primū de poſſibili nō eſt negandū. Quod vero ſit magis poſſibile: qꝛ in primo ſunt duo miracula: in ſecundo ſufficit vnū: ſiue in primo ſunt duo ſupra naturā/in ſecūdo tantū vnū. In primo em̄ miraculoſum eſt ⁊ ſupra naturā: ꝙ corpus eſt in loco totū in toto: ⁊ totū in qualibet parte: hoc enim ſm̄ naturā cōuenit ſpiritui ſoli. Secundū ſupra naturā eſt: ꝙ idē corpꝰ eſt in diuerſis locis abinuicē ſeparatis/ſcȝ diuerſis hoſtijs cōſecratis. In ſecūdo autē non eſt niſi illud ſecundū miraculū: ⁊ nō primū. Non enim videť quin vbicūq; deus pōt facere aliquā ſubſtantiā ſub modo ſibi nō naturali: ꝙ etiā ibi poſſit eā facere ſub modo ſuo naturali. Cum ergo corpꝰ ſuū poteſt facere ꝑſens diuerſis hoſtijs: totū toti: et totuȝ cuilibet parti: qui eſt modus nō naturalis ſubſtantie materiali: poterit et ibi facere corpus ſuū modo naturali. ¶ D Nec valet illud in quo plurimū ſe fundāt opinātes oppoſitū: ſcilicet ꝙ in ſacramēto eſt per cōuerſionem alicuius .ſ. panis in corpus chriſti: ideo poteſt eſſe in omnibꝰ locis in quibꝰ fuit ſubſtātia in ipſum conuerſa. Non tamē eſt in aliquo illoꝝ locoꝝ per dimēſiones ꝓprias: ſed per dimenſiones panis cōuerſi ⁊c. ⁊ ita nō poteſt eſſe: niſi vbi fuit ſubſtātia conuerſa. Nec aliter ꝗ̃ modo ſubſtātie: cuiꝰ eſt eſſe totū in toto ⁊c. vt ſupra habitū eſt lectione. xliij. Qꝛ cōuerſio panis in corpus chriſti: nō eſt ratio formalis corporis chriſti eſſe in loco panis conuerſi: qꝛ poteſt cōuerſio fieri abſq; hoc ꝙ illud in quod fit cōuerſio: ſuccedat in locū cōuerſi: vt habitū eſt ſupra lectiōe. xl. Similiter poſſet eſſe corpus in hoſtia ſub cōuerſione alicuius in ipſum: puta ſi ſimul eſſet cū ſubſtātia panis: quod licet non ita ſit de facto: tñ ita poſſe fieri dubitanduȝ non eſt: vt patet ſupra lec. xl. Qꝛ licet opinio que hoc tenuit ita eſſe de facto: hodie nō tenetur: nō tamē reprobata eſt tanꝗ̃ dicēs aliquod impoſſibile. Illo ergo poſito: iam nō eſſet ibi per conuerſionē. ¶ Itē poſſet ſubſtātia ꝗ̃ta equalis corpori chriſti cōuerti in corpus chriſti ꝗ̃tū: qꝛ quodlibet creatū poteſt cōuerti in quodlibet creatū ⁊c. vt ſupra lec. xl. ⁊ tūc erit corpus chriſti in loco cōuerſi localiter ⁊ circūſcriptiue: qꝛ modo ꝗ̃titatis cōuerſe: ⁊ ita poteſt eſſe localiter in pluribus locis. ¶ E Ideo diciť ꝙ nihil includit ſimpliciter impoſſibile: idē corpus eſſe in diuerſis locis localiter. Sicut nec impoſſibile eſt plura corpora eſſe ſimul penetratiue in eodē loco: qđ cōcedere oportet tam de corporibus glorioſis: ꝗ̃ non glorioſis: vt ſupra probatū eſt lec. xliij. ꝗ̃uis vtrūq; ſit naturaliter impoſſibile. Unde ven. Hugo. de ſancto vic. li. ij. de ſacramētis par. viij. c. xi. ad ꝓpoſitū querit. Quomodo inquis corpus Chriſti vnū: eodē tēpore in diuerſis locis eſſe poteſt? hic eſt: ibi eſt: ⁊ totū vtrobiq; eſt: ⁊ in multis locis ſimiliter. Noli mirari: qui locū fecit: corpus fecit: et locū in corpore: ⁊ corpus in loco: et qui fecit vt vnuȝ corpus in vno loco eſſet: fecit ſicut voluit. Et ſi voluiſſet aliter facere potuiſſet: nā ⁊ quando vult aliter facit: ⁊ eſt ſicut ipſe vult ſemꝑ. Qꝛ autē ſicut ipſe fecit vt corpus vnū in loco vno eſſet tu quod factum eſt vidiſti: ⁊ neſcis aliud niſi qđ factū eſſe vidiſti. Idcirco miraris quādo aliđ vides vel audis: ꝗ̃ videre ⁊ audire cōſueuiſti: et ſequiť. Idcirco cū quid mirari ceperis et dixerit tibi forte cogitatio tua: quomodo hoc eſſe poſſit? cogita facientē et deſinet eſſe mirabile quicquid illud fuerit. Et ſi forte mirabile nō eſſe deſiuerit: tamē incredibile non erit. Si factor omnipotēs cogitať: nō erit impoſſibile quicquid erit. hec Hugo.

Hugo.

¶ F Sed pro ſolutione obiectorū ꝓ opinione cōtraria: ponit Sco. tres regulas: quibus oſtēdit quid cōcedendū eſt de corpore chriſti in diuerſis locis exiſtēte: quidve negandum.

Rñſio ad obiecta.

¶ Prima. Quecūq; ſunt priora eſſentialiter ipo vbi: vniformiter inſunt corpori habent diuerſa vbi. Que vero poſterius vel ſimul natura: variātur ad variationē vbi.

Prima regula.

¶ Secūda. Sicut paſſuȝ exiſtens in vno loco reciperet formā a duobꝰ agētibus ſibi ibideȝ approximatis: ſic ipſum patieť ab eiſdē exiſtēs in duobus locis ſibi in eiſdē approximatis: ⁊ intelligēdo de paſſione ad formaȝ abſolutā.

Secunda.

¶ Tertia. Sicut corpꝰ in vno loco exiſtens: ſe haberet in ratione actiui ad diuerſa paſſa ibideȝ ſibi approximata in illo loco: ſic ipſum exiſtēs in duobꝰ locis: ſe habet ad illa ſibi in illis approximata.

Tertia.

¶ Per primā regulā hoc patet qđ omne accidēs abſolutū: qđ ineſt alicui in vno loco: etiā ſibi ineſt in alio: ſi fuerit ſimul in diuerſis locis. Unde ſi aliquis fuerit in baſilea et Rome: ſi hic fuerit calidus: albꝰ: ſanus: iuuenis ⁊c. etiaȝ rome eſt talis: ⁊ ecōuerſo: qualis fuerit rome: talis hic. Similiter ⁊ negatiue: q̄lis non fuerit hic: talis nō eſt rome: hoc tamē nō oportet de motu ad locū: qꝛ nō ſequiť ſi moueť hic: ꝙ etiam localiter moueať rome: nec ecōuerſo. Motus em̄ localis eſt reſpectu loci: ⁊ ideo nō oportet ꝙ ſit idem in diuerſis locis. ¶ Ex ſecūda ⁊ tertia regulis habetur: ꝙ ſi in aliquo exiſtēte hic et Rome aliqua qualitas ꝓduciť hic: illa etiā inerit eidē Rome: et ſi aliqua deſtruiť hic: deſinit etiā Rome. Et ſi aliquod paſſum fuerit fortius in reſiſtēdo hic: reſiſtit agenti debiliori in Roma: vt gratia exempli. frigiditas ſumma hic: illa reſiſtet agēti in roma: ſi agēs in Roma fuerit approximatū: nimirum qꝛ ſi fuerit in ſubiecto hic qđ etiā eſt Rome: eſt etiā in eo Rome. Uerū iſte regule videnť habere veritatē intelligēdo eas ſm̄ curſum nature poſt miraculum: hoc poſito aliquo corpore ꝑ miraculū ad diuerſa loca ꝑ potētiā diuinā: ⁊ poſtea dimittendo res ſuis naturis: ſic videnť habere ꝓbabilitatē. Sed loquēdo conſequenter ſecūdum diuinā potentiā abſolutā: de qua loquitur opinio oppoſita inducēs argumēta: quibus ꝓbare nititur ꝙ etiā ꝑ diuinā potentiā abſolutaȝ nō poteſt idē corpus ſimul eſſe in diuerſis locis: regule ille nō videnť ſubſiſtere. Quod etiam doctor ille videť ſentire qui ponit regulas ꝑmiſſas: nam. q. iiij. diſt. x. quarti ſcripti dicit. Poſſet dici

ꝙ non eſt neceſſe poſita exiſtentia corporis chriſti hic et alibi: ꝙ illa que inſunt corpori ſub vna exiſtētia inſint ſibi ſub alia loquēdo etiam de formis abſolutis: nec tamē ſequitur cōtradictio: vt cōſequēter declarat.

Regula de mēte Guil. ockā.

¶ G Ideo poſſet poni alia regula de mēte Guil. ockā. Quecunqꝫ ſunt abinuicē realiter diſtincta ⁊ ſeparabilia: deus poteſt vnū eoꝝ ponere in diuerſis locis: ⁊ aliud conſeruare in vno alio loco tantū. Gratia exempli. Sit corpus aliquod calidū: ſubſtātia corporis ⁊ caliditas realiter diſtinguuntur: ⁊ poſſunt ſeparari: qꝛ poteſt manere ſubſtātis corrupta caliditate. Poteſt ergo deus ſubſtantiam corporis ponere ad plura vbi: ⁊ caliditatē cōſeruare in eo in vno loco tantū. Patet: qꝛ quecunqꝫ contingēter coniungunt ⁊ inter ſe ⁊ eidē tertio: poteſt vnū illoꝝ conuenire illi tertio abſqꝫ hoc ꝙ aliud cōueniat eidē: ſed preſentia huius loci ⁊ qualitas abſoluta: contingēter cōiungunt inter ſe ⁊ reſpectu corporis: ideo nō oportet ꝙ ſi vna cōiungat etiam alia coniungat. Poteſt ergo qualitas coniungi corpori: ſine preſentia eius ad illud vbi: ⁊ ſic ſibi inexiſtere in alio vbi: ⁊ non hic. ¶ Preterea non eſt maius qualitatē ſimpliciter ſeparare a ſubiecto: ꝙ̄ ſeparare quoad certū vbi. Primū poteſt vt eſt in ſacramento: ergo etiā ſecundū. ¶ Item per nihil cogit deus ſi vnā rem ponit ad diuerſa vbi: ꝙ ideo aliud ab eo ſeparabile ſimiliter ponat ad diuerſa vbi. Ex qua regula patet ꝙ nō eſt neceſſarium: ꝙ ſi aliqua res fuerit hic ⁊ rome: ꝙ eius accidētia ſimiliter ſint hic ⁊ Rome. Poteſt enim aliquod accidēs ſibi hic ineſſe et nō rome: ita ꝙ illud accidēs non replicetur ad replicationem ſui ſubiecti. ¶ Et per hoc reſpōdendum eſt ad rationes alterius opinionis: que pro maiori parte ita ꝓcedūt cōtra preſentiā corporis chriſti ſacramentalē pluribꝰ locis: ſicut cōtra preſentiā localē.

Reſponſio ad obiectionem.

tre nuncupant°. Hec Augu. qui duliã in hac au-
toritate accepit tertio mõ ſiue largiſſime. ¶ Sed
notandũ qđ qꝛ in deo cõſideramus dignitateꝫ ⁊
ꝑfectionẽ creature incõicabilem ſm nomẽ: vt eſt
eſſentia diuina ⁊ natura: que creature incõmuni
cabilis eſt. Unde creatura deus proprie vel diui-
na natura dici nõ põt. Cõſideremus ⁊ in deo di-
gnitatẽ cõicabilem: nõ ſm eundem gradũ ſed ſꝫ
idem nomẽ: vt ſapientiã: põtẽtiã: bonitatẽ: preſi-
dentiã: dominiũ. Nã ⁊ creatura dr̃ potẽs: ſapiẽs
dñs ⁊c. Ratione perfectionis incõmunicabilis
creature debetur deo adoratio latria: que ſimpli
citer incõicabilis eſt creature: itellige ſm nomẽ.
Ratione perfectionis cõicabilis debetur deo ho
nor ⁊ adoratio cõicabilis ſm nomẽ cõicabile: qđ
eſt dulia cõiter acceptũ. Et ſic loquit° glo. allega-
ta. Deo cui debetur latria. i. honor incõicabilis
quẽadmodũ deitas eſt incõicabilis. Dominium
eñ cõicatur creature ſm ꝙ dicimus ꝙ deus po-
tens facit creaturam potentẽ. Sapiens eſt: ⁊ fa-
cit creaturã ſapientẽ: bonus eſt: ⁊ facit creaturaꝫ
bonaꝫ: ita ꝙ ꝑticipat eiꝰ bonitatẽ. Et ſm hoc de-
bet° ei honor: qꝛ deſcẽdit in cõionẽ: ſcꝫ rõne digni
tatũ: in quarũ participatione dicimus eſſe crea-
turam. Et iſte honor noiatur noie cõi qđ eſt du-
lia. Et ita ptꝫ ſenſus huius glo. Benedicite deo
cui debetur latria. Dño: cui debet° dulia. Vel vt
addit in p̃s.vij. Domine per potentiã: cui debet°
dulia. Deus per creationẽ: cui debetur latria: qꝛ
creatio actiua nõ cõicatur creature: ſed bene po
tentia cõicatur. ¶ M Nõ tñ itelligẽda ſunt hec
ꝙ in deo differat eſſentia: dominiũ: ſapiẽtia: qua
ſi diſtincte perfectiones: quarũ vna ſit creature
cõicabilis: alia incõicabilis. Nam nihil diſtin-
ctum ab eſſentia dicit potentia/ſapientia ⁊c. Jn
deo enim eſt tantum vna perfectio: que eſt diui-
na eſſentia: ⁊ hec oibus modis eſt ſapientia veri
tas: ⁊ potẽtia. Nec ſapiẽtia plus vel veritas eſt
ſapientia ꝗ̃ eſſentia. Unde non plus diſtinguit°
ſapientia ab eſſentia a bonitate vel eternitate: ꝗ̃
ſapiẽtia a ſapiẽtia. Qđ plane dicit beatus Augu
ſti. in de triplici habitaculo. Oia vnũ ſunt in deo
excepto qđ ad relationẽ pertinet. Nã ſapientia
⁊ veritas dei ⁊ eternitas: nõ diuerſa ſunt: ſed vnũ
ſunt: ſicut ⁊ oia. Sapiẽtia eñ dei nõ magis ſapia
ꝗ̃ veritas eſt. Et non magis veritas/veritas eſt:
ꝗ̃ ſapientia: ꝗ̃ eternitas: ꝗ̃ cetera dei. Omnia
vnum enim ſunt in deo: et non ſolum inter ſe ea-
dem ſunt in deo: ſed non aliud ſunt: ꝗ̃ ipſe deus.
Hec ille. Et ita nec aliquid in deo realiter cõica
tur

tur creature ⁊ nō aliud: puta potētia: ſapiētia: nō ſubſtantia vel eſſentia. Nihil enim eſt qđ in deo realiter cōicatur creature: ſed ſm nomen tm̄: hoc eſt nomen potentia: nomen ſapiētia: vniuoce attribuitur creature ⁊ deo: ⁊ hoc ſm rationē generalem non ſpecificam. Nō enim eſt ſapientia dei eiuſdem rationis ſpecifice: ⁊ ſapientia creature: q2 illa eſt ſubſtantia: iſta accidēs. Nomen autem deus: diuinitas: nō attribuitur vniuoce ⁊ ꝓprie creature. Et ſm hoc non ſunt rōnes diuerſe adorationis in deo realiter: ꝓpter quas diuerſe adorationis ſpecies deberētur deo. Sed quōcunq; a nobis ꝯſideratur deus: ſiue in ſe abſolute vt infinite pelagus ſubſtantie: ſiue in ordine ad creaturam vt creator: dn̄s: ꝯſeruator: per potentiam: ſapientiā: bonitatē: ſemꝑ debetur ſibi adoratio latrie: quia totū eſt idē in deo. Nec dulia iſta que debeł dn̄o ſm predictā gl. diſtinguitur a latria: ſ3 eſt actus latrie. Neq; dulia accepta diſtinguitur a latria niſi ſicut genus a ſpecie. Et ſicut idem eſt ſortes ⁊ homo ⁊ animal: ita idem actus adorationis: puta quo profiteor deum ſummū: infinitum: oīpotentē ⁊c. eſt actus latrie ⁊ dulie gn̄aliter accepte. Sic ergo ſapientia diuina: ⁊ deus idē ſunt: ſic dulia deo debita ⁊ latria idem ſunt: ſicut aīal rōnale ⁊ homo: l3 nomen dulia generale ſit ad actū adorationis diuine ⁊ ad actū adorationis creature. ¶ N Licet aūt tantū ſit vna ratio adorationis in deo: que eſt infinita dei maieſtas: etiam q̇buſcūq; terminis differētibus exprimatur: eſt tm̄ differētia aut multiplex ratio debiti in creatura: qua ipſa creatura obligatur ad colendū deū cultu latrie: ſm multiplicitatē beneficioꝝ ⁊ gratiarū a deo acceptarū: ſic debitor eſt homo ratione bn̄ficij creationis: rōne beneficij redemptionis: iuſtificationis: glorificationis. Etiā quia nō equaliter oēs recipiūt: nō eſt equale debitum quia iuxta euangelicā parabolā. Cui plus ꝯmittitur plꝰ debet. Unde vni dedit dn̄s duo talenta: alij q̇nq; Et plus debuit cui quinq; ꝯmiſit: q̄ꝫ cui vnū. Et ſic ex parte ꝯmiſſi ſeu accepti nō eſt equale debitum: tm̄ equalis honor: q2 honor rn̄det dignitati: ⁊ eadem dignitas eſt in deo qua accipio hoc ⁊ illud. His ſn̄aliter concordat doctor irrefragabilis parte. ij. q. xxx. ¶ O Diuiditur aūt ꝯmuniter dulia primo mō vel ſecūdo modo accepta: vt ſc3 tantū creature debetur: in duliā maiorē ⁊ duliā minorē. Dulia maior eſt tertia ſpēs diuiſiōis ꝓncipalis ſiue ꝓme ſupraposite q̄ hyperdulia dr̄ ab hyper: qđ eſt ſuper: quaſi excellens dulia. Minor dulia ſimpl'r obtinet nomen dulia generale ſine addito. Hyperdulia eſt ſeruitꝰ quedā reuerētialis exhibita rōne excellentie ſingulariſſime ⁊ eminentis in eo cui exhibeł: qualis eſt reuerētia exhibita virgini glīoſe: in qua eſt prerogatiua excellētiſſime ⁊ ſingulariſſime dignitatis: pure creature ꝯceſſa: in eo ꝙ eſt mater dei: q̄ excellit cherubin ⁊ ſeraphin ⁊ oēs angelicos ſpūs. Hec ēt hyperdulia ſ3 quoſdā ꝯuenit monarchis eccl'ie pape ⁊ imperatori. Qđ admitti pōt faciēdo ꝯparationem ſtatuū officioꝝ ⁊ dignitatū in eccl'ia militāte: ibi manēdo ꝓciſe. In his em̄ ſupremus ⁊ excellentiſſimꝰ ſtatus in ſpūalibus eſt papatꝰ. In ſecularibꝰ eſt maieſtas imꝑalis. Sic admittit papa tanq̄ ſupremus hierarcha in politia eccleſiaſtica: vt ſibi fideles proſternantur vſq; ad pedū oſcula: nō q̇dē rōne ſctitatis ꝑſonalis (ſi recte eſt ſibi conſcius ⁊ rōnis cōpos: cū ſit hō fragilis: neſciēs ſicut ceteri an amore vel odio dignꝰ ſit) ſed rōne dignitatis ſui ſtatus: q2 vicarius eſt xp̄i in terris: qui poteſtatis plenitudinē ꝯceſſit petro: ⁊ cuilibet ſuo legitimo ſucceſſori. Hinc fortaſſis crucē gerit in ſandalijs: quā oſculandā offert: tanq̄ locū gerēs crucifixi: honorem illum nō ſibi vſurpans: ſed in dn̄m cuius ſignum oſculatur retorquēs. Claues etiam hab3 in ſigno ſiue armis: q2 ſucceſſor eius eſt: cui ſingulariter clauiū poteſtas in ſua plenitudine eſt collata. Sic ⁊ reges ⁊ imperatores patiūtur proſtratiōes: ⁊ vſq; ad terram genuflexiones ſibi exhiberi. Sicut legitur. ij. Reg. xiiij. Dauid non repulit adorantes ſe ſuper faciem terre: ſed magis petita ꝯceſſit. In quo nō reprehendūtur tanq̄ honorem ſibi indebitum arrogantes. Uerum loquendo de hyperdulia comparādo ad vniuerſitatem creaturarum: nō poteſt reuerētia illa hyperdulia nuncupari. ¶ Dulia minor ſiue ſimpliciter dicta: eſt reuerētia cōmunis alicui exhibita nō in atteſtationē alicuius excellentie ſingulariſſime: ſed ſm rationem excellentie cōmunem multis: qualis eſt reuerentia exhibita prelatis inferioribus: in ſacris ordinibus ꝯſtitutꝫ: aut in dignitatibus ꝑſonis virtuoſis: hoībus ſapientia precxcellentibus: immo ⁊ beatis āgelis ⁊ animabus ſanctis: potentibus nobis ferre auxiliū: aut noſtram indigentiam releuare. Uel ſm ſuam generalitatem: quibuſcunq; creaturis: rōnalibꝰ ⁊ intellectualibus beatitudinis capacibus: ſcđm dei potentiam ordinatam. Et poteſt quelibet harū ſpecierum accipi vel pro actu interiori: vel pro actu exteriori: vel pro habitu ex actibus hmōi generato correſpondenter ad dicta ſuperius de latria. ¶ P Quia autem materiā adorationis intrauimus: paulo latius in ea moremur: vt particularius noſſe poſſimus que ⁊ quomodo adorare oporteat. Ne idiſcreta noſtra adoratio ſit: aut negligens: in noſtrāq; ſugillationem audiamus a dn̄o. Uos adoratis quod neſcitis. Joan. iiij. Et illud Mat. xxv. Quādiu non feciſtis vni de minoribus his: nec mihi feciſtis. Inq̇ramꝰ igitur. An creature rationales ⁊ res iſenſibiles a nobis adorande ſint. Ut exempli cauſa: crux xp̄i: imagines ſanctorum ⁊ reliquie: ac cetera ad xp̄m vel membra eius: hoc eſt: ſanctos pertinentia. Secundo an xp̄i humanitas ſit latria veneratione adoranda. Ex quibus clare patebit: que ⁊ quō in altaris ſacramento conſiſtentia ſunt adoranda. ¶ Quātum ad primū notandum ꝙ adoratio in ſuis ſpeciebus: latria: dulia: ⁊ hyperdulia deſcripta eſt in ſua ꝓpria ſignificatione: prout tm̄ conuenit nature intellectuali ſeu rationali: rōne cuiuſdam ſuperioritatis ⁊ excellētie tanq̄ obiecto proprio ſiue per ſe adorando. Accipitur aūt ⁊ largiꝰ: vt etiā extendit ſe ad ea que nō per ſe aut ꝓpter ſe: ſ3 per accidens ⁊ ꝓpter aliud venerantur: nec ꝓncipaliter ad ea terminatur adoratio: ſed ad aliud per ea que habent aliquem ordinem repreſentationis: ꝯtinentie: cōiunctionis: aut alterꝰ hmōi habitudinis. Et q2 adoratio nō cōuenit illis tanq̄ obiectis adorationis actū terminātibꝰ: ſ3 q̄ſi medijs ꝑ q̄ adoratio terminał ad obiecta ꝑ ſe ⁊ principalia: iō eoꝝ adoratio eiſdē noībus noiał: ⁊ ad eaſdē ſpēs reducił adorationis: q̄ ſunt ꝓncipaliū obiectoꝝ: ꝓpter q̄ illa veneranł. Et ꝑ hoc adoratio nō ꝯuenit vniuoce his ⁊ illis: ſ3 analogice. Et ſic adoratio, put attribuił illis minꝰ principalius, eſt veneratio alicuius nō ꝓpter ſe: ſed ꝓpter aliquā habitudinē ſpecialē: quā h3 ad aliud ꝓncipaliter adorādū. Et illo modo pōt ſil'r diſtingui in ſpecies latriā: duliā ⁊ hyperduliā: vt latria dicatur reuerētia vel veneratio que debeł alicui: non tanq̄ ſimpliciter ſummo: ſed tanq̄ habenti ſpecialem habitudinē ad ſimpliciter ſummū: latria

Mat. xxv.

Hyꝑdulia

ij. Reg. xiiij.

Dulia minor ſiue ſimpl'r dcā q̇d ſit.

Quid ⁊ quō adorādum

Joā. iiij.

Mat. xxv.

Aduerte q̄ hic de adoratione dicantur.

ꝓprie dicta adorãdum: ⁊ ſic ſuo modo de alijs ſpeciebus. ℭ Q Eſt autem hec habitudo rei inanimate: aut inſenſibilis ad naturam itellectualem vel rationalem adorabilem in genere duplex Una eſt ratione rep̄ſentationis. Alia ratione ſpecialis coniunctionis aut vnionis: vt quia pars continens habitus: ideſt veſtis poſſeſſio contin-

Rep̄ſītatio ſit tripl'r. gens vel aliquod ſimile. Repreſentatio autē fit tripliciter. Una fundatur in ſimilitudine rei rep̄ſentantis ad repreſentata: que imitatur ipſam in quibuſdam accidentibus ſimilibus. ſicut imago picta vel ſculpta ſm̄ ſimilem protractionem ⁊ figurationem membrorum chriſti: ſiue in ea figura in qua natus eſt: ſiue in qua predicauit: ſiue qua crucifixus in ligno pependit: ſiue qua a mortuis reſurrexit: aſcendit: vel ad iudicium ventur⁹ expectatur: ſm̄ quam in recordationem venire facit perſonam chriſti veri dei ⁊ hominis. Alia eſt repreſentatio que ſumitur nõ ex figurali ſimilitudine membrorū chriſti: gratia exempli: ſm̄ corporalia lineamenta: ſed ex quadam extenſione vel diſtenſione partium: brachiorum ſcʒ ⁊ crurū ſanctiſſimi corporis chriſti in cruce pendentis. Et ꝑ hoc etiam in recordatiuã chriſti ſic paſſi facit noticiam deuenire: ſicut crux picta vel ſculpta etiã ſine imagine appendentis ad memoriale dominice paſſionis. Tertia eſt repreſentatio nõ ex aliqua predictarū ſimilitudinū: ſed ex voluntate et beneplacito dei: qui voluit per aliqua p̄cedentia facta chriſtum ſignificare ⁊ figurare: ſicut petra deſerti: ⁊ ſerpens eneus chriſtū figurabant. Imagines primis duobus modis adorãtur ſimili ſpecie qua adoratur repreſentatum. Unde ſi fuerint imagines xp̄i adorantur eadem ſpecie: qua chriſtus. i. adoratione latria. Si beatiſſime virginis hyperdulia. Si beati petri vel alterius ſancti dulia. Hec tamē adoratio magis terminatur ad rē

Damaſcenus. ſignificatam: ꝙ̄ ad ipſam imaginem. Unde Damaſ. lib. iiij. ſententiarum. Honor qui exhibetur

Baſili⁹ magnus. imagini: refertur ad illum cuius eſt imago. Unde dicit magnus Baſilius. Honor imaginis ad ꝓtotypum peruenit. i. exemplar. Eſt enim prototypus prima forma ſeu forma exemplaris: ad quã facta eſt imago. De hac adoratiõe imaginis xp̄i habetur in quodam decreto ſynodi Cõſtantinopolitane: vbi dicit̄. Sacratam imaginē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ⁊ oīm liberatoris ⁊ ſaluatoris equo honore cum libro euangeliorū ſctõꝝ adorari decreuimus. Et infra. Si qs ergo nõ adorat iconam ſaluatoris xp̄i: non videat formã eius qn̄ veniet in glīa paterna glorificari ⁊ glorificare ſctõs ſuos: ſed alienus ſit a cõione ipius ⁊ claritate. Qr antē repreſentans tertio mõ habet rõnē imaginis nõ ſic adoratur. In illis eñ non apparet aliqua ſenſibilis imitatio ſimilitudinis: rõne cuius rep̄ſentet ſtatim xp̄m: ſed dūtaxat ex aliquo occulto myſterio: vñ figure myſtice dicebant̄: ꝓpter qđ non ſtatim intuentē in rememorationē figurati ꝑducebant. Et ſic facile adoratio terminaretur ad rē illam figurantem: ⁊ non ad figuratum ꝓtenderetur. Quod ↄſiderãs rex Ezechias ſerpentē eneū ꝙ iuſſu dei per moyſen fuit erectus vt ipſius aſpectu iudei a morſib⁹ ſerpentū ſanarent̄: laudabil'r cõtriuit: ↄſiderãs populum ipʒ ſerpentē adorando gloriã nõ deo: ſed ſerpēti tribuere: vt habetur. iiij. Reg. xviij. ⁊ in ca. qr ſancta. lxiij. diſt. ℭ R Ex his apparet ꝙ in adoratione imaginū ⁊ aliorꝝ ꝑ accidēs adoratorꝝ: ꝙ̄uis ſit vnus actus exterior: vt genuflexio vel aliud ſignū reuerētie: tñ in adoratiõe interiori ſunt duo actus diſtincti: quorum vnus terminat̄ ad imaginē nõ tñ abſolute vt eſt hec res materialis: hic lapis: hoc aurū vel lignū: ſed ad rem ipſam inquantū eſt imago xp̄i vel alicuius ſancti. Hic actus ē quedã recognitio qua recognoſco rē illã vt ordinatã ad repreſentandū xp̄m. Uel ↄplacentia qua mihi ↄplacet res illa vt talis imago honoranda ꝓpter ꝓtotypum: ⁊ ille actus ꝑtinet ad latriam analogice. Alius actus eſt qui immediate terminatur ad ꝓtotypuʒ: quo recognoſco id quod rep̄ſentatur tanꝙ̄ ſūme bonum vniuerſale omniū ꝑncipiuʒ. Ad quē actum eliciendū moneor ꝑ app̄henſioneʒ imaginis. Et hic actus vere eſt actus latrie ꝓprie dicte: qui ſolum terminatur ad imaginatum: ⁊ non imaginē. Non enim videndo imaginem recognoſco ipſam imaginem quã video eſſe ſummum bonum: ſiue conſiderē ipam in rõne imaginis: ſiue abſolute vt rem aliquã in ſe. Et ideo quod dr̄ eodem actu adorandã eſſe imaginē: ⁊ illud cuius ē imago: intelligendū puto de actu exteriori: cui correſpondent duo interiores: quorꝝ vnus terminatur ad imaginem: alius p̄ciſe ad ꝓtotypum. Forte tñ quantū ad actus affect⁹ ſuſtineri poſſet: ꝙ eſſet vnus affectus terminat⁹ ad vtrūqʒ ordine q̊dã: ſicut eodem actu diligo creaturã ⁊ deū dum diligo creaturaʒ ꝓpter deum: ꝙ ſm̄ aliquos ſimul eſt vſus ⁊ fruitio. Uſus inquantum terminatur ad creaturam. Fruitio inquantū terminatur ad deū nõ aūt ſic de actu intellectus. Et ſic accipienduʒ eſt qđ in decreto ſynodi Conſtantinopolitane ſupra allegato dr̄. Dignū eſt vt ſm̄ ↄgruentiã rõnis ⁊ antiquiſſimã traditionē: ꝓpter honorem ꝙ ad principalia ipſa refertur: etiam deriuate icone. i. imagines honorent̄ ⁊ adorētur. Adorētur inquã non ꝑ ſe quaſi in ipis ſit aliqua virtus: vnde releuari aut iuuari poſſit humana infirmitas: ſed tã ꝙ̄ ſigna xp̄i ⁊ ſctõꝝ ꝙ ferre poſſunt auxiliū poſtulanti. Et hoc ē quod dicit canon: venerabiles: de ↄſe. diſti. iij. Uenerabiles inquit imagines xp̄iani nõ deos appellãt: neqʒ ſeruiūt eis vt dijs: neqʒ ſpem ſalutis ponūt in ipis: neqʒ ab eis expectãt futurū iudicium: ſed ad memoriã ⁊ recordationē p̄mitiuorꝝ venerantur eas ⁊ adorant. Sic ad adorandū chriſti imaginē hortat̄ btūs Auguſt. de vi-

ſi. infirmorum vbi loquens de tali imagine dicit. Auguſtin⁹.

Hanc cõplectere humiliter: venerare ſuppliciter cum hec ad memoriam tibi reducat crucifixum. Hic eſt vnus modus loquendi de imaginū adoratione. ℭ S Alij ſunt ꝙ diſtinctionem ſupradictam adoratiõis nõ attendūt: ſed adorationē p̄ſertim latriã in ſua ꝓpria accipiūt ſignificatiõe. Hi dicūt ꝙ imago neqʒ vt ↄſideratur in ſe ſm̄ ꝙ eſt lignū: lapis aut metalluʒ: neqʒ vt cõſideratur ſm̄ rationē ſigni ⁊ imaginis ē adorãda: qr qualitercūqʒ ↄſideretur: eſt res quedam inſenſibilis ⁊ creatura: cui adoratio latria minime eſt exhibēda. ℭ Quod vero chriſtiana religio imagies ſuſtinet in eccleſia ⁊ oratorijs: nõ permittit eo fine: vt ipſe adorētur: ſed vt fideliū mētes per earū inſpectiões excitētur ad reuerētiam: ⁊ honorē exhibēdū his: quorū ſunt imagines: in quorū cognitionē recordatiuã ducūt. Et hic modus dicēdi videtur eſſe Roberti holkot ſup illud ſapiētie. Infeli- Sapiē. xiij.

ces ſunt: ⁊ inter mortuos eſt ſpes illorꝝ: ꝙ appellauerunt deos ſuos opera manuū ſuarū: vbi ſic dicit. Nõ video eſſe bn̄ dictū ꝙ eodē honore honoret̄ deus ⁊ imago eius. Sed mihi videtur dicēdū ꝙ neqʒ adoro imaginē xp̄i qr lignū: nec quia imago: ſed adoro chriſtum coram imagine chriſti: qa ſcilicet imago xp̄i excitat me ad amandum xp̄m. Hic modus loquendi originē videt̄ trahere ex dicto quodã beati Greg. qui Sereno ep̄o maſſilienſi Gregorius

ſi imagines

ſ imagines deſtruēti ne adorarenṫ:ita ſcribit vt
habeṫ de ꝯſe.di.iij.perlatū. Perlatuȝ eſt ad nos
ꝙ incōſiderato zelo ſuccēſus:ſanctoꝝ imagines
ſub hac q̄ſi excuſatiōe ne adorari debuiſſent cō-
fregeris. Et quidē q̄ꝛ eas adorare vetuiſſes oīno
laudam⁹ fregiſſe ṽo reprehēdim⁹. Dic frater a q̄
factū ſacerdote aliq̄ſi auditū eſt qđ feciſti? Aliđ
eſt eñ picturā adorare:aliud ꝑ picture hiſtoriaȝ
q̄d ſit adorādū addiſcere. Nā qđ legētibus ſcri-
ptura:hoc ⁊ idiotis p̄ſtat pictura cernentib⁹:q̄ꝛ
in ipſa ignorātes vidēt q̄d ſequi debeāt. In ipſa
legūt q̄ literas neſciūt. Vñ ⁊ p̄cipue gētib⁹.i.lai-
Damaſ. cis:p lectione pictura eſt. Ad idē vr̄ ſonare Da-
ma.li.iiij.ſen.dicēs. Q̄ꝛ nō oēs noſcūt lr̄as:neq̄
lectioni vacāt:pr̄es excogitauerūt velut quoſdā
triūphos in imaginib⁹ hoc deſcribere ad velocē
memoriā. Quapropter multotiēs nō ſ̄m menteȝ
habētes dñi paſſionē:imaginē crucifixionis xp̄i
vidētes:⁊ in ſalutaris paſſionis memoriā veniē-
tes:p̄cidētes adoram⁹ xp̄m. Ecce dicit xp̄m ado
rari ad inſpectionē imaginū ducētiū in notitiaȝ
rememoratiuā xp̄i. Hoc etiam dr̄ in canone alle
gato:venerabiles:vbi addiṫ in fine. Sed nō ſer-
uiūt eis ſcȝ imaginib⁹:cultu diuino:ſicut nec ali
cui creature:quo innuiṫ imagines nō adorari la
tria. ¶ T Inter hos duos modos maior eſt di-
ſcordia in locutiōe q̄ in re. Vterq̄ eñ mod⁹ hoc
intēdit:ꝙ creatura adorari non dȝ latria adora-
tione ꝑ ſe tāq̄ termin⁹ adorationis:⁊ hoc latria
ꝓprie dicta. Vterq̄ ēt admittit ꝙ ad apprehēſio
nē imaginis mēs ferṫ cognitiue ⁊ affectiue in ꝓ-
totypū ipſuȝ adorādo. Vterq̄ ēt mod⁹ admittit
ꝙ vidēs imaginē:hȝ actū aliquē reſpectu imagi-
nis:q̄ terminaṫ ad imaginē ipſam:vt eſt rep̄ſen-
tatiua imaginati. An aūt aliq̄s horū actuū de-
beat dici adoratio imaginis vr̄ eſſe diuerſitas:q̄
vr̄ ita reſolui poſſe:ꝙ act⁹ ille quo cognitiue ⁊ af
fectiue feror in prototypū:ſit adoratio latria du
biū nō eſt. Vtrū aūt actus quo feror in imaginē
debeat dici adoratio. Diciṫ ꝙ eſt adoratio ana-
logice ⁊ improprie nō aūt ꝓprie:q̄m eſt reſpectu
creature. Si ṽo vn⁹ act⁹ fuerit exterior:vel vnus
elicit⁹ interior reſpectu vtriuſq̄ imaginis ⁊ pro
typi:ille eſt adoratio latria ꝓprie quaten⁹ termi
naṫ ad ꝓtotypū:⁊ adoratio analogica inquātuȝ
Error quorundā hominum credentium in imaginib⁹ aliquid eſſe numinis. terminaṫ ad imaginē. ¶ V Ex illis pȝ quorūdaȝ
holm ſtolid⁹ error:q̄ adeo ad imagines afficiun
tur:vt in ipſis credāt eſſe aliq̄d numinis: gr̄e vel
ſanctitatis:q̄b⁹ potētes ſint facere miracula:pre
ſtare ſanitates:eripere a periculis: ⁊ a nocumen
tis ac inſidijs p̄ſeruare:ex hoc aſſurgētes ad eo-
rum venerationē vt p̄miſſoꝝ aliq̄d ꝯſequanṫ. Ar
Bern. guiṫ ex eodē nōnulloꝝ indocta ſimplicitas ⁊ in-
diſcretio:qua reuerentius adorāt imagines pul
chras:q̄ turpes:nouas q̄ vetuſtas aut ecōtra or
natas venuſtiori auro ⁊ purpura q̄ nudas:cre-
dētes eas eo ſanctiores q̄ p̄tioſiores. Et vt Ber.
ait:offerētes libēti⁹ auro tectis vbi magis cerni
tur diuitiaꝝ cumulus. Arguiṫ ⁊ alioꝝ rudis leui
tas:q̄ improuide vota emittūt:ad peregrinādūȝ
ſe obligāt:nūc ad illā:nūc ad aliā eccleſiā intui-
tu certaꝝ imaginū:credentes illas maiori in illa
q̄ ſimiles in alijs fulgere ṽtutib⁹:clarere miracu
lis:⁊ maiori fulciri poteſtate. Hec oīa in vanam
trāſeūt ſupſtitionē in quā nō inciderēt ſi ratio-
nem adorationis ac veri cultus attēderēt:aut ſi
ignorāt:informationē humiliter a doctorib⁹ re-
ciperēt. Patet ſiq̄dē imagines fore res inſenſibi
les:q̄ ex certa partiū ſuarū figuratione ⁊ ordine
imaginis nomē ſortiunṫ:vñ eis ꝯuenit res alias
ſignificādo rep̄ſentare. Nō autē adorationis in
deo vt dictuȝ eſt:eſt ꝑfectio ſumma ac vniuerſa-
lis p̄ſidētia. In creaturis ṽo eſt aliq̄d diuinū pu
ta virt⁹:poteſtas:aut excellentia aliq̄ ſingularis
a deo participata:quoꝝ q̄ꝛ neutruȝ reperitur in
imagine:nulla talis propter ſe adorāda eſt: neq̄
auxiliū qđcūq̄ ab eis poſtulādū eſt. Neq̄ eñ vi
dent:neq̄ audiūt:neq̄ ſe intelligūt venerantes.
Sūt eñ creature inanimate:quib⁹ nec eſt ſen-
ſus:neqȝ intellect⁹. Oīa eñ q̄ dicta ſunt a deo et
ſanctis quoꝝ ſunt imagines:q̄ ⁊ ꝑ ſe corā imagi
nib⁹ adorādi ſunt:fideliter expectanṫ. Ipſe vero
imagines ꝑ accidēs honoranṫ: nō ꝓpter ṽtutē:
potētiā:aut gratiā eis inexiſtētē: ſȝ ꝓpter repre-
ſentationē eoꝝ q̄b⁹ talia inſunt. Hinc (vt ſupra Imagines ꝑ accidens honoranṫ.
allegatū eſt) neqȝ ipſis vt dijs ſeruim⁹: nec ſpem
ſalutis in eis ponim⁹:nec iudiciū ab ipſis expe-
ctam⁹. ¶ X Qđ ſi aliq̄ſi miracula fiūt hominib⁹
etiā ad eas ꝯfluētib⁹:adiutoria aut ſanitates p̄-
ſtanṫ:nō hec virtute imaginū:ſȝ ṽtute dei:mini-
ſterio bonoꝝ angeloꝝ ad interceſſiones ſanctoꝝ
cōtingūt. Vel etiā nōnūq̄ opatiōe demonū ad
fallēdū inordinatos cultores deo ꝑmittēte exigē
te taliū infidelitate. Nec tñ ꝓpter hoc imagies
ꝓijciēde ſunt:aut de oratorijs elimināde occaſio
ne idololatrie deuitāde. Aut ꝑegrinationes ad
certas imagines vel certa loca p̄ſertim ꝯſecrata:
vel ēt ꝯſecrāda penit⁹ reprobāda. Nō eñ vſqȝ-
quaqȝ negādū eſt:q̄n in certis locis ſingulariter
relucēt bñficia dei ⁊ maiora crebri⁹ q̄ in alijs:vt
ꝓpter ſctōꝝū reliq̄as ibi ꝯditas:vel occulta mini
ſteria (al's myſteria) futuris tp̄ib⁹ ibi celebrāda
aut celebrata:vel alias cauſas nobis occultas:
ꝓpter q̄s de⁹ vnū locū elegit ſuo cultui nō aliū.
Si p̄mo elegit tabernaculū qđ per moyſen erigi
mādauit. Deinde locū in ſylo Deinde tēplū ſa- Deute.xij.
lomonis in hierl'm. Vñ ait moyſes. Caue ne offe
ras holocauſta tua in oī loco quē videris:ſed in
eo quē elegerit dñs ⁊c. Nā ⁊ iacob vt hr̄ Geneſ.
xxviij.poſt ſcale:cuius ſummitas celū tetigerat:
angelorūq̄ȝ in ea aſcēdētiū ⁊ deſcēdētiū viſionē:
ait. Vere dñs eſt in loco iſto ⁊ ego neſciebā: ſur-
gēſqȝ erexit lapidē in titulū: fundēs oleū deſuꝑ:
appellauitqȝ nomē loci illi⁹ bethel:qđ interp̄taṫ
dom⁹ vel habitaculū dei. Vñ et dixit. Terribilis
eſt locus iſte:nō eſt hic aliud niſi dom⁹ dei ⁊ por
ta celi. Idcirco locū iſtū tituli erectiōe ſacrificio
⁊ voto qđ dño vouerat honorauit. Edoct⁹ inquā
diuinit⁹ didicit q̄ta ⁊ q̄ mirabilia opatur⁹ erat
in loco iſto. Nā ibi fundādū erat tēplum ad dei
ſpecialē cultū. Ibi ꝯſummatur⁹ erat dñs op⁹ nr̄e
redēptionis:ſeip̄m pr̄i in cruce offerēs. Propin-
quus eñ erat loc⁹ crucifixiōis. Ideo poſt reditū
đ meſopotamia ibidē ſacrificiū obtulit: vt habe
tur Geñ.xxxv. Nō ſolū ꝓpter locū:ſȝ ꝓpter my-
ſteria ibidē futura:in loco iſto dño ſacrificauit. Auguſti.
Vñ Aug.in gl. Suꝑ lapidē libauit iacob nō lapi
di. Sic nec reprobari pōt:ſi dum in vno loco:vel
coram vna imagine crebreſcūt miracula:ſanita-
tes:⁊ cetera bñficia in eodē loco:nō locū:ſȝ deuȝ
q̄ inibi opaṫ:laudare:nec imaginē:ſȝ corā imagi
ne deū ⁊ ſctōs ꝯtingat adorare. Ita ꝙ nō inani-
matis:ſȝ deo ⁊ ſctis eius honor:laus:⁊ adoratio
impēdaṫ. De hoc lati⁹.ſ.lect.xxxij. dictū eſt:qua
rōnabili diſcretiōe:nūc in vno loco: nūc in alio:
nūc in vno tp̄e:nūc in alio:nūc ad vnū ſctm̄:nūc
ad aliū ꝓ diuerſis donis:ṽtutib⁹:⁊ gratijs recur
rere lȝ:eaſqȝ deuotis orōnib⁹ impetrare. Et quō
in ſctōꝝū venerationib⁹ diuina bonitas:ſapien-
tia:potētia:extolliṫ ⁊ laudaṫ:⁊ multa huic ꝓpoſi
to applicāda. Hec de imaginū adoratione rōne
rep̄ſentationis. Nūc de adoratiōe rerū ratione

ſpecialis vnionis ad naturā rationē adorabileꝫ
dicendū: qđ tamē ſequenti lec. reſeruandum eſt.

¶ Lectio. l. A



Es adorande rōne ſpecialis ꝯiūctionis cū rebꝰ propter ſe adorandis ſūt he. Quedā ſpeciali q̄dā habitudine cōiū
cte fuerūt deo xp̄o vel ſanctis velut partes eorū:
Reliquie ⁊ veſtes ſanctorū quomodo adorande. ſicut reliq̄e ſanctoꝝ: q̄ ſm ſe vel eius materiā fue
rūt partes corpoꝝ ſanctorū dū in terris vixerūt:
vt oſſa vel pulueres in q̄s reſoluta ſunt eoꝝ cor
pora. Uel vt arma triūphi: ſicut crux xp̄i: claui: lā
cea: corona: flagella: columna: ⁊ ſiſia. Suo modo
de ſctis velut veſtes: ⁊ alie in eoꝝ vſum ꝑ corpoꝝ
⁊ mēbroꝝ ſctōꝝ ꝯtactū veniētes. De ſanctoꝝ re
liquijs tenēdū: ꝙ ille venerāde ſunt tāq̄ ea q̄ fue
rūt partes corpoꝝ ſanctoꝝ: ſaltē ſm materiā ea
rum: vt dictū eſt. s. lec. xlij. Partes aūt ſili adora
tione adorāde ſunt cū toto. Cū ergo ſancti dulia
adorādi ſunt: ſili adoratione dulie eorū reliquie
ſunt adorāde. Simili dixi non eadē: q2 adoratio
dulie analogice attribuit ſanctis ⁊ partibꝰ: q̄ nō
ſunt creature rōnales: hoc eſt partibꝰ materiali
bus: ꝓpter animā rōnalē: cui debet dulia ꝓprie
dicta: ſiue ſit actu pars: ſiue fuerit pars. Ceteris
partibꝰ puta corpori vel parti eiꝰ debetur dulia
analogice: ſiue ſit actu pars ſcti: ſiue fuerit aliq̄n
pars eius. Et hec clare patent reſoluendo termi
nos in eorū q̄d nois: puta latriā ⁊ duliā. Sūt eñ
ſanctoꝝ reliquie venerabiliter honorāde: vt pro
bat beatꝰ Hiero. cōtra vigilantiū: qui cultū reli
quiarū ſanctoꝝ reprobauit. Qđ ex hoc etiā ꝓba
tur: q2 per cōtactū illoꝝ multa dñs beneficia cō
tulit ad earū dignitatē declarandā. Sic ad con
tactū ſepulchri btē agathe: curata eſt mr̄ ſancte
lucie a ſanguinis ꝓfluuio. Ad cōtactū oſſiū heli
ſei ꝓphete: vita reſtituta eſt mortuo. Ad cōtactū
ſemicinctiorū pauli ⁊ ſudarioꝝ: ſanati ſunt lan
guidi. Sic de ſtraminibꝰ in quibꝰ cubuerat bea
tus martinꝰ legit: ⁊ ſilibus multis. ¶ Honor er
iiij. Re. xiij. go ſiue adoratio dulie ſctōꝝ reliquijs impenſus
Actuū. xix. vel impēſa q̄tū ad interiorē actuꝫ nihil aliud eſt
q̄ recognitio interior: qua hmōi reliquie credū
tur eſſe vel fuiſſe partes corpoꝝ ſanctoꝝ dū vixe
runt in hac mortali vita: quibꝰ deuote ſeruierūt
dño: ⁊ meruerunt gloriā: cuius poſt reſurrectio
nem dum reunient animabus ſanctoꝝ: partici
pes erunt per dotes glorie corporis. Hec inquā
recognitio ⁊ cōplacentia volūtatis cōſequēs eſt
ſm rē actus dulia interior: analogice nō proprie
q2 non recognoſcunt tanq̄ rōnales creature ha
bētes in ſe diuine gratie dona ⁊ merita ac virtu
tes dei per actus beatificos capaces ſm poten
tiā dei ordinatā: q̄ recognitio eſt actus dulie pro
prie accepte. Sed recognoſcunt tanq̄ aliq̄d per
tinēs ad eas. Et actus exterior reuerentialis in
ſignū interioris actus exhibitus: eſt dulia exte
rior hmōi reliquijs debitus. ¶ Et q2 non habe
mus diſtinctos actus exteriores diſtincte: latriā
vel duliā proprie vel analogice dictā repreſentā
tes: ideo in variarū rerū adorationibus eiſdem
actibꝰ exterioribꝰ: nō tñ eūdē actū interiorem ſi
gnificantibus vtimur: vt genua flectimꝰ corā ve
nerabili ſacro: corā imagine crucifixi: coram ſan
ctoꝝ reliquijs. Idem ſignuꝫ foris: eadē ſcꝫ genu
flexio: ſed non idē actus interior. ¶ B Suo mo
do dicendum eſt de ceteris ſupradictis vt armis
triūphalibꝰ: veſtibus: ſepulchris: ⁊ alijs olim ad
vſum ſanctoꝝ pertinētibꝰ. ¶ Generaliter igitur
oīa cōiuncta adorādis: eadē ſpecie adorationis
analogice adorāda ſunt: quibꝰ ea ad q̄ coniūcta
fuerūt: adorant ꝓprie. Si latria: latria. Si hiper
dulia: hiperdulia. Si dulia: dulia. Sic preputiuꝫ
chriſti et ſanguis chriſti de corpore eius in cruce
fluens: ſi adhuc in terris cōſeruant: ſicut vtrūq̄
in eccleſia lateranenſi vrbis Rome ꝯtineri dr̄: et
in die ſctō paſche ꝑplo adorādū oſtdit. Si iquā
dñs reſurgēs nō reaſſumpſit totū ſanguinem ſu
ſum: ⁊ q̄cq̄d fuit de veritate humane nature: ea
deꝫ adoratione adoranda ſunt qua humanitas
chriſti: nō vt cōiuncta verbo. Nā preputiū ſi ad
huc reſeruat in terris: nō eſt vnitum diuinitati:
q2 nō eſt actu pars corporis chriſti: ſed quoddaꝫ
ſuppoſitū ꝑ ſe: ſicut quelibet pars integralis ſe
parata a toto eſt ꝑ ſe ſuppoſitū: nō aūt ſunt plu
ra ſuppoſita v̄bi. Nec hoc eſt cōtra Dam̄. qđ ſe
mel aſſumpſit nō dimiſit. Uerū eñ hoc eſt q̄tuꝫ
ad partes eſſentiales totales humanitatis xp̄i.
Nā totū corpꝰ nūq̄ dimiſit: nec i ſepulchro: nec
animā dimiſit etiā in inferno. Nā dubiū nō eſt:
q̄n partes corpis materiales ꝑ actioneꝫ caloris
naturalis reſolute dimiſſe ſint. Silr̄ ⁊ preputiuꝫ
poſt circūciſionē vbicūq̄ fuerit: ante reſurrectio
nem nō fuit vnitū hypoſtatice deitati. Quđ aūt
hūanitas xp̄i adorāda ſit: ſtatiꝫ dicet. Nō diffor
miter dicēdū erit de cruce dñica: clauis: lācea: et
ceteris xp̄i ſanguine rubricatis. ¶ C Uerum de Crux chriſti quomodo adoranda.
cruce xp̄i dupliciter loq̄ poſſumꝰ ſm ſanctū tho.
in. iij. ſcripto diſ. ix. q. ij. Aut de cruce q̄ eſt imago
crucifixi: ſiue picta: ſiue ſculpta: ſiue de quacūq̄
materia fabricata: etiā ſi fuerit de ligno domini
co. Et ſic dicēdū eſt ſicut de alijs imaginibꝰ xp̄i:
ꝙ adorāda eſt latria ſicut prototypus: ad ſenſuꝫ
tamē prius expoſitum. Scđo modo loqui poſſu
mus de ipſo crucis ligno: in quo ſalꝰ nr̄a xp̄s pe
pēdit: nō vt imago: ſꝫ vt tale lignū mēbris xp̄i in
eo ſuſpēſis ꝯſecratū. Et ſic dicit Tho. nō eſt ado
rādū latria ſꝫ hiperdulia: q2 nō ꝑtinet ad ꝑſonā
v̄bi ſicut pars eiꝰ: ſꝫ eſt res quedā eiꝰ in qua ſalu
tē operatꝰ eſt in medio terre. ¶ Beatꝰ Boñ. di Beatus Thomas. Sanctus Bona.
cit ꝙ vtroq̄ mō cōſiderata debet ſibi duplex ſer
uitus adorationis ⁊ venerationis. Adorationis la
trie: ⁊ venerationis ſpecialis: q̄ nec eſt latria: nec
dulia. Nā ſm eū honor exhibitus in famulatuꝫ
cōplacētie: eſt honor adorationis latrie. Ille ve
ro qui exhibet in obſequiū reuerentie: eſt honor
venerationis. ¶ Sed cōcorditer ad ꝑdicta dici
pōt: ꝙ crux chriſti et cetera ſalutis noſtre arma:
q2 res quedā ſunt ad xp̄m pertinētia. Ipſa enim
vt Anſ. loquit: ſunt inſtrumenta fortiſſima: qui Anſelmus.
bus oꝑs virtus: ⁊ inueſtigabilis ſapiētia dei re
ſtaurationē mundi potenter ac mirifice operata
eſt: ipſaq̄ attactu mēbroꝝ xp̄i dedicata: et tanq̄
precioſiſſimis margaritis ornata ſunt. Et ideo
adoratio eoꝝ ad eandē ſpeciē adorationis redu
cit: qua adorat xp̄s cui ſpeciali quadā habitudi
ne cōiungunt: hoc eſt adoratiōe latria nō ꝓprie
dicta: ſꝫ analogice: q̄ adoratio quātū ad interio
rē actū nihil aliud eſt: niſi actꝰ intellectꝰ: q̄ talia
cognoſcunt:

cognoſcunt̃:tanq̃ res quedã ſine arma ſpeciali quadã habitudine ad xp̃m ptinentia:vel etiam actus volũtatis ſibi in his vt talibꝰ cõplacẽtis. Et hec r̃ñſio nullã patit̃ difficultatẽ. ¶ D Sed

**Hũanitas xp̃i quõ adoranda.**

nũc de humanitate xp̃i qua ſpecie adorationis illa eſt adorãda videndũ eſt. De hoc aũt varie ſunt opiniones ex diuerſis ſctõꝝ autoritatibus ortũ trahẽtes. Uñ in hoc videntur oẽs cõcordare:ꝙ humanitati xp̃i in ſe cõſiderate:non vt vnite:debet̃ dulia maior vel minor ſm diuerſas eiꝰ cõſideratiões:vt.j.dicet̃. Conſiderata autem vt a verbo aſſumpta:ꝛ nature diuine in verbo hypoſtatice vnita:ſic de eius adoratiõe inueniunt̃

**Opinio prima de adoratiõe hũanitatis xp̃i**

tres opiniones. Una tenet ꝙ vt ſic adorãda eſt dulia maiore q̃ hyꝑdulia dr̃. Motiuũ:qꝛ ſolꝰ deꝰ adorãdus eſt latria:ꝛ natura nõ cõicat alteri nature ſua idiomata. Unde nõ dr̃ humana natura deus:ꝫ vnita diuinitati. Nec dr̃ eterna infinita: creatrix:ꝫ vnita ſit nature infinite eterne creatrici. Et ita dicit ꝙ nõ ſit adorãda latria:ꝫ vnita ſit ſumme maieſtati latria adorãde. Allegãt pro ſe glo.ſuꝑ illud pſ. Adorate ſcabellum pedũ

**Pſ.**

eius:q̃ dicit. Caro xp̃i ſine impietate a verbo dei aſſumpta adoratur a nobis. Nõ illa dico adoratione que latria eſt:q̃ ſoli creatori debetur:ſed illa q̃ dulia dignior eſt. Scõa opi. tenet ꝙ hũanitas xp̃i cõſiderata vt vnita v̾bo:latria eſt adorãda.

**Secunda opinio.**

Moti autoritate Joã.dam̃. Et allegat magiſter.iij.ſniaꝝ diſt.ix. Nõ inadorabilẽ carnẽ dicẽtes. Adoratur em̃ in vna verbi hypoſtaſi. Seq̃t̃ nõ vt nudã carnẽ adoramꝰ:ſed vt vnitã diuinitati in vnã hypoſtaſim dei verbi duabus reductis naturam. Timeo carbonẽ tangere propter ligno copulatũ ignem:adoro xp̃i dei mei ſimul vtrãqꝫ naturã:propter carni vnitam deitatem.

**Auguſtinꝰ Joã.xiiij.**

Item beatus Aug. in ſermone ſuper illud. Non turbetur cor veſtrum ait. Ego dñicã carnem immo perfectã in xp̃o humanitatem ideo adoro: ꝙ a diuinitate ſuſcepta ꝛ deitati vnita eſt:vt nõ alium ꝛ aliũ:ſed vnum eundẽqꝫ deũ ꝛ hominẽ filium dei eſſe confitear. Deniqꝫ ſi hominem ſeparaueris a deo:illi nunq̃ credo nec ſeruio. Uelut ſi quis purpurã vel diadema regale iacẽs inueniat nunq̃ ea conabitur adorare. Cum vero rex ea fuerit indutus periculũ mortis incurrit: ſi ea cum rege q̃s adorare cõtempſerit. Ita i xp̃o dño hũanitatem nõ ſolam vel nudam:ſed diuinitati vnitã:ſcꝫ vnum filium:deũ verum ꝛ hoĩeꝫ verũ ſi q̃s adorare cõtempſerit:eternaliter morietur.

**Pſalmus.**

Item ſupra pſ.lxxx. Caro ſine impietate a verbo dei aſſumpta adoratur a nobis: qꝛ nẽo carnẽ eius manducat:niſi prius adoret:ſed qui adorat nõ terrã intuetur:ſed illum potius cuiꝰ ſcabellũ eſt propter quem adorat. ¶ Dicũt ergo illi ꝙ ſecus eſt de exhibitiõe honoris ꝛ alijs proprietatibꝰ. Honor nõ reſpicit hãc ptẽ vel illã:ſꝫ reſpicit ipſam perſonã. Unde quãuis purpura ꝛ veſtimentũ regis nõ pticipet ꝓprietates eiꝰ abſolutas:cõicat tñ in honore ꝛ reuerẽtia. Et ideo qꝛ eſt vna ꝑſona in xp̃o:cui debetur reuerentia ſumma:vna adoratione latrie eſt adorãda quãtum ad vtrãqꝫ naturã:diuinã ſcꝫ ꝛ humanam. Sicut eadẽ adoratiõe adorat̃ in vno hoĩe caput ꝛ pes.

**Sanctus Bonauẽtura.**

Et hanc approbat ſctũs Bonauẽ. in.iij. ſen.di.ix.q.j. Uñ dicit. Cõcedendũ eſt ꝙ xp̃s hõ nõ ſolum adorãdus eſt latria:ſꝫ etiã eiꝰ hũanitas inquãtũ v̾bo eſt vnita:quãuis ꝑut in ſe cõſiderat̃ nõ debeat̃ ei niſi dulia. Qm̃ aũt xp̃i hũanitas nũq̃ eſt a v̾bo ſeꝑata:ideo ſemꝑ cõſiderãda eſt vt cõiũcta:ꝛ ſemper adoranda eſt latria. Hec Bonauẽ. ¶ E Tertia opi. ꝙ humanitas

**Opinio tertia.**

xp̃i vt verbo vnita adorat̃ latria:ſed nõ ꝓpriiſſime:ſed large ſumpta. Pro cuius intellectu rememorãdum ꝙ ſm Alexã. de ales latria tripliciter ſumitur.

**Latria capitur tripliciter.**

Uno mõ proprie pro cultu ſoli deo debito:ſiue ſm dignitatem:in cuius participatione nõ eſt creatura:vel in cuius participatiõe eſt creatura. Scdo mõ ſtricte vt reſtringit̃ vocabulum ad ſeruitutem que debetur creatori rõne dignitatis:in cuius participatiõe nõ eſt creatura Sic accipitur latria in glo. precedenti lec. allegata. Deo cui debetur latria:dño cui debetur dulia:cuius intellectus ibidem declaratus eſt. Tertio mõ accipitur large vt nõ dicit ſolum ſeruitutem que debetur dignitati diuine:ſed etiã creature vnite ipſi. Hec videtur eſſe Rabani dicentis.

**Rabanus.**

Caro xp̃i latria adorãda eſt ſicut verbũ : ſed nõ omni ſpecie latrie:qm̃ nõ adoramus eã omnino ꝓſtrati in terrã:ſic ꝙ credamꝰ ꝙ nos creauit de nihilo:nec ſacrificamꝰ ei ſicut deo:ſꝫ adoramus eã:qꝛ per ipſaꝫ redempti ſumꝰ. Sic ergo dicitur latria extẽſo nomine ſiue large:ꝛ vt.ſ. dictum eſt:analogice. Prime due opi. accipiũt latriã ꝓprie:tertia vero vt patuit large. ¶ Ueritas huius queſtiõis. Utrum humanitas xp̃i cõiuncta verbo adorãda ſit latria:facile inueſtigatur ſi loco huius vocabuli latria:eius quid nominis ponatur:ꝛ quis ſit actus latrie interior q̃ principalis eſt:intelligatur. Nã de exteriori nõ eſt difficultas:cum eodem actu exteriori adoramus latria ꝛ dulia creatorem ꝛ creaturã ſm ſubordinationem tñ ad aliũ ꝛ alium actũ interiorẽ vt frequẽter dictũ eſt. Latria em̃ vt.ſ. habitũ eſt lec.xlix. eſt reuerẽtia exhibita alicui vt ſummo ꝛ vlĩ oĩm ꝓncipio. Actꝰ interior latrie aut eſt actꝰ intellectꝰ aut volũtatis vel vtriuſqꝫ:preter illos nõ eſt aliꝰ.

**Latria q̃d ſit.**

In intellectu aũt reſpectu vlĩs bõi:nõ eſt aliꝰ actꝰ niſi cognitio ſiue ꝓfeſſio eiꝰ tãq̃ ſũmi bõi:q̃ eſt actꝰ fidei:extẽdẽdo nomẽ ad ſciam ꝛ oẽm firmã adheſionem veri. In volũtate nõ eſt actꝰ aliꝰ ordinatꝰ niſi dilectio eiꝰ tãq̃ ſũmi bõi in ſe:ꝛ ſũmi bõi creature rõnalis. Nullꝰ horum actuũ haberi põt reſpectu cuiuſcũqꝫ creature ſiue vnite v̾bo ſiue nõ. Quero em̃ vtꝝ hũana natura vnita diuiel ſuppoſito v̾bi ſit ſummũ ꝛ vlẽ oĩm ꝓncipiũ. Itẽ vtꝝ vt ſic vnita ſit ſũmũ bonuꝫ ſuꝑ oĩa diligẽdũ. Certũ ẽ ꝙ neutrũ ꝯcedit̃: ergo ad naturã hũanã v̾bi (q̃ ꝫ vnita ſit v̾bo: diſtinguit̃ tñ realr̃ a v̾bo ꝛ a diuia natura) nõ põt terminari actꝰ latrie qualitercũqꝫ cõſideret̃. ¶ F Sequẽs ergo Alex. de ales:ꝑmitto ꝙ refert multũ loq̃ de hũana natura in xp̃o:ꝛ de hoĩe xp̃o. Nã hõ nomẽ eſt ſuppoſiti ſiue ꝑſone:nõ ſic humana natura. Uñ hõ xp̃s ẽ ſuppoſitũ v̾bi ſubſiſtẽtis in natura hũana. Perona em̃ v̾bi:qꝛ ſubſiſtit in duabꝰ naturis humana ſcꝫ ꝛ diuina eadẽ vna ꝛ indiſtincta eſt deus eternꝰ ꝓpter diuinã naturã:eſt hõ verus ꝓpter natura humanã. Hũana aũt natura in xp̃o eſt cõpoſitã ex carne ꝛ aĩa:q̃d manẽs creatura aſſumptuꝫ eſt a ꝑſona verbi. Sicut idẽ hõ eſt credens in deũ ꝛ diligẽs deũ:credẽs per actũ fidei:diligẽs per actũ charitatis:nec tñ actꝰ fidei eſt actꝰ charitatis: nec actꝰ fidei eſt hõ credẽs:ſꝫ aliq̃d in hoĩe diſtinctũ ab hoĩe. Et ideo ꝫ actus fidei ꝛ actꝰ charitatis duo ſunt:nõ tñ duo ſunt hõ credens ꝛ diligens: ſed vnus ipſe eſt qui credit et diligit : q̃uis per aliud credit:ꝛ per aliud diligit. Ita duo ſunt realiter ꝛ eſſentialiter diſtincta natura ꝛ humana ꝛ diuina. Hec tẽporalis:iſta eterna:hec creatura iſta creatrix eſſentia. Una aũt ẽ ꝑſona ꝛ penitꝰ indiſtincta v̾bi ſeu filij dei : q̃ ſubſiſtit eternali-

ter in natura diuina: ⁊ ex tpe aſſumpſit humanā. Et per hoc eadē ⁊ indiſtincta eſt deꝰ ⁊ homo deus ab eterno: hō ex tpe. Refert igitur loqui de adoratione humanitatis xp̄i: ⁊ de adoratiōe hominis xp̄i. Licet nōnunꝙ̄ ſctī vnū p alio prout eſt frequēs id apud Aug. Uerbū ſuſcepit hoīem. vbi hoīez accipit ꝓ natura hūana: quia verbū nō ſuſcepit ꝑſonā ſ; naturā. Iſta nūc ſupponātur ex tertio ſniaꝝ. Quibꝰ ꝓmiſſis ponunt quatuor ꝓpoſitiones.

Propoſitō prima.

¶ G Prima. Homo xp̄s vna adoratiōe q̄ eſt latria ꝓprie accepta eſt adorandꝰ. Patet: qꝛ hō xp̄s eſt ꝑſona v̄bi ⁊ ita deꝰ: ⁊ per ꝯñs ea adoratiōe q̄ ſolius dei: eſt adorādꝰ. hec autē eſt latria proprie dicta. Itē credendum ⁊ profitendū eſt hoīez xp̄m eſſe ſummū ⁊ vniuerſale oīm ꝓncipiū: qꝛ deū ſm illud ſymboli. Dñs noſter ieſus xp̄s dei filius: deus ⁊ hō eſt. Ab hac adoratiōe natura hūana ſecludēda nō eſt: nō ꝙ natura humana ſit terminus huius adoratiōis ſed qꝛ tota perſona verbi (hoc eſt perſona verbi in humana ⁊ diuina natura ſubſiſtens) adorat. Hec enim ꝑſona (qua vere eſt hō) eſt ſummū et vniuerſale omniū principiū. Et ad hoc ſeruit ſimilitudo purpure ⁊ diadematis regis. Similr igniti carbonis. Iō Damaſ. poſtꝙ̄ dixerat. Adoro xp̄i dei mei ſimul vtrāq; naturā ꝓpter carni vnitā diuinitatē. addidit. Nō enim quartā appono perſonā in trinitate: ſed cōfiteor ꝑſonam vnā verbi ⁊ carnis eiꝰ. His v̄bis inſinuare videtur xp̄i humanitatē cū verbo vna adoratiōe eſſe adorādā: attēdēdo vnitatē perſone: quod nihil aliud eſt dictu: ꝙ̄ adoro ſimul vtrāq; naturā ad hunc ſenſum. i. adoro xp̄i ꝑſonam in vtraq; natura ſubſiſtentē. Hoc idem pretēdunt verba btī Aug. ſ. allegata.

Damaſceñ.

Secūda ꝓpoſitio.

¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Hūana natura in ſe cōſiderata adoranda eſt dulia maiore ſiue ſumma que hyperdulia eſt vocata. Probat qꝛ in ſe cōſiderata ē creatura: ſ; ſm grāz ⁊ gloriā oīm creaturaꝝ ꝑfectiſſima: ergo ſibi debet ſūma ſeruitus creature debita: que hyperdulia eſt dicta. Ipſa deniq; eſt qua redempti ſumus ac pr̄i recōciliati quodāmō inſtrumētaliter: qꝛ redemptionē ipſam ꝓncipaliter oꝑata ē diuinitas per hūanitatē tanꝙ̄ cauſam meritoriā. Uerūtñ nō oīs cōſideratio illius nature eſt eius adoratio. Nā ſi cōſidero naturā illā gñaliter ſub ratione entis: hec ꝯſideratio nō meret dici adoratio: qꝛ nō eſt recognitio eius tāꝙ̄ nature intellectualis habētis excellētiā aliquā ex dono diuino. Similiter cōſideratio qua cōſidero eā vt naturam intellectualē ſimpliciter: nō cū excellētiſſimis ſuis donis ⁊ gratijs. Hec cōſideratio eſt quidē actꝰ adoratiōis: ſed dulie minoris: qꝛ illo non profiteor eaz vt ſingulr̄ alias naturas intellectuales excellentē: ſed tanꝙ̄ vnam inter illas. Et hoc eſt ꝙ̄ qdā dicunt: ꝙ hūana natura xp̄i ſiue corpus eius ⁊ aīa pōt cōſiderari quadrupliciter. Uel vt eſt entitas q̄daz in ſe extra nihil. i. q̄ nō eſt nihil: ſe vt eſt aliq̄d extra ſuā cauſam efficiētē. Uel in cōparatione ad ſuā originē: quātū ad partē materialem: vt ſc; corpus formatū de virgine ſpāli ⁊ immediata oꝑatione ſpūſſctī. Uel tertio in ordine ad partē formalē: que ē aīa intellectiua ad dei imaginē creata btitudinis capax. Uel quarto vt deo vnita: vel vnione gratuita excellētiore vel vnione hypoſtatica ⁊ perſonali: que ē ſingulariſſima. Primis duobus modis nō eſt adorabilis: tertio adoratur dulia minore: quarto dulia maiore ⁊ ſumma.

Tertia propoſitio.

¶ H Tertia ꝓpoſitio. Natura humana vt diuine in xp̄o hypoſtatice vnita: nō eſt adoranda latria propria dicta. Patet ex premiſſis: quia latria proprie dicta ſolꝰ deus adoratur. Hūana autē natura vnita deitati in xp̄o nō eſt deus: qꝛ per illā vnionē: l; excellētiſſimā: nō erit terminus creature: nec mutatur quātum ad ſubſtātialia: ⁊ ita manet creatura. Et p; hec ꝓpoſitio ſatis ex ſupra inductis poſt recitationē triū opinionū.

Quarta ꝓpoſitio.

¶ Quarta propoſitio. Accipiēdo latriā cōiter: hūana natura in xp̄o adorāda eſt latria. Pt;: qꝛ hec adoratio nihil aliud eſt ꝙ̄ recognitio eiꝰ vt ſumme ⁊ ſinglr̄ vnite deo ⁊ eius vt ſic dilectio. Et hic actꝰ intellectꝰ ⁊ volūtatis eſt actꝰ latrie large accepte. Et per has ꝓpoſitiōes clare ⁊ reſolute intelligit quō adoranda ſit humanitas xp̄i. Et qđ dictū eſt de humanitate: pariformiter intelligēdū eſt de partibus eius: ſc; corpe ⁊ aīa: attribuendo cuilibet quod ſuū eſt. Nec aliud puto ſenſiſſe ſctōs ⁊ doc. ſi eorum dicta ⁊ verba bñ ⁊ reſolute intelligant. Nā btūs Aug. in ſupra allegatis: volēs ꝙ humana natura vt vnita verbo: nō debet ſpāli adoratiōe adorari: ſ; eadē qua verbu; cui eſt vnita: vult ꝙ hūana natura nō eſt adorāda tāꝙ̄ ꝑſona diſtincta a ꝑſona v̄bi ꝯtra hereticos ponentes duas ꝑſonas ſicut duas naturas. vñ dixit Aug. quaſi

Auguſtinꝰ

rationē aſſignās quare humanitatē adorat deo vnitā. Ut nō aliū ⁊ aliū: ſed vnū ⁊ eūdē deum et hoīem filiū dei eē cōfitear. Illa ergo adoratione qua adorat ꝑſonā que latria eſt: adorat etiā cōiunctā hūanitatē. i. adorat ꝑſonā in hūanitate cōiūcta ſubſiſtētē. Uñ actꝰ ille quo ꝑſonā illā. i. xp̄i in hūanitate ſimul ⁊ diuinitate ſubſiſtētē cōfiteor mēte eſſe veꝝ ⁊ hoīem: ⁊ ſummū ac vniuerſale oīm ꝓncipiū: ē actꝰ adoratiōis latrie: q̄ ꝓncipaliter termiat ad ꝑſonā v̄bi: ſ; partialr̄ ad naturā hūanā. Eſt em̄ aſſenſus ꝓpoſitiōis cuiꝰ extrema totalia ſupponūt ꝓ ꝑſona v̄bi: ꝯnotāt tñ etiā naturā hūanā ꝑ ptē vniꝰ extremi ſignificatā. ¶ Et p hoc pñt ꝯcordari opi. Qđ em̄ dr̄: ꝙ ſic vel ſic cōſiderata natura hūana xp̄i eſt ſic vel ſic adoranda: nihil aliud eſt: niſi ꝙ hec vel illa cōſideratio hūane nature ē hec vel illa ſpecies adorationis. Nā ꝓpter aliā ⁊ aliā cōſiderationem eiuſdē nō mutat obiectū adorationis: ſ; mutat ipſa cōſideratio ſiue cōſiderationis actꝰ: qui eſt realiter ipſa adoratio interior. Hoꝝ ergo actuū vnus pōt dici adoratio latria: aliꝰ dulia maior vel minor: aliq̄s etiā oīno nec eſt adoratio vt dictū eſt. Et hec vr̄ eſſe ſnia Alexan. q̄ ſub epilogo

Alexan.

dicta reſumēs dicit. Reſpiciendo ꝑſonā: vna eſt adoratio ſc; nature ⁊ ꝑſone. Reſpiciēdo diuerſitatē naturarū: differēs eſt adoratio. Diuina em̄ natura ſemꝑ adorat latria. Hūana conſiderata in ſe ſemꝑ maiori dulia: qꝛ ſctm̄ ſctōꝝ. Cōſiderata v̄o vt diuinitati vnita adoranda eſt latria: ex tēſo noīe latrie. Hec ille. ¶ I S; ꝑdictis obuiare videt: qꝛ ſic latria eēt v̄tꝰ theologica ⁊ nō moralis: cuiꝰ oppoſitū doctores cōiter determināt

Diffinit virtutes.

Nā ſi actꝰ latrie eſt actꝰ fidei ſpei ac charitatis ſm ſuperiꝰ dicta: ⁊ eorūdē actuū eadē eſt virtus qꝛ idē habitꝰ: ſequit ꝙ latria ſit v̄tꝰ theologica: immo a fide ⁊ ſpe ⁊ charitate indiſtincta. Ad huius ſolutionē ſupponit ꝙ v̄tꝰ moralis ⁊ theologica nō diſtinguunt penes fines: eo ꝙ oīm v̄tutū vnꝰ ē finis: ipa ſc; felicitas ſ; ph̄m in ethicis S; penes obiectū. Nā v̄tꝰ theologica deū h; ꝓ obiecto. Moralis aūt aliq̄d citra deū. Ut fides ē reſpectu dei: vt habitꝰ īclinās ad aſſētiēdū illi deꝰ ē trinꝰ ⁊ vnꝰ. Charitas ē habitꝰ inclinās ad diligēdū deū vt ſūmū bonū i ſe. Spes ē habitꝰ īclinās ad diligēdū vt ſūmū bonū nr̄; Prudētia v̄o ē circa agibilia tāꝙ̄ obiectū. Fortitudo circa

timores ⁊

timores ⁊ audaciā. Tēperātia circa delectationes ⁊ triſticias. Juſticia circa ea quibus homo ſe bene habet ad alterū. ¶ Supponit̃ ſcđo ex dictis ꝙ latria eſt cultus deo debitus. Hic autem eſt duplex: exterior ⁊ interior. Loquēdo de exteriore ſic manifeſtū eſt ꝙ latria eſt virtꝰ moralis: qꝛ ſic habet pro obiecto nō deū: ſed aliqđ opus exterius: vt ſacrificiū: genuflexionem: aut aliud opus extrinſecū: quo reueremur deū vt ſummū ⁊ vniuerſale oim̄ principium. Eſt em̄ latria exterior: capiendo pro habitu/habitus inclinās ad agendū hmōi opera exteriora. Et ita frequēter loquunt̃ doctores.

Sanctus Bonauē.

Unde ſctūs Bona. diſti. ix. q. ix. dicit: ꝙ cultus deo debitus quatuor noibꝰ noiatur: grece: theoſebia ⁊ latria: latine: pietas ⁊ religio. Quoꝝ duo: ſcꝫ theoſebia ⁊ pietas ꝓprie pertinent ad actum interiorem: latria ⁊ religio ad exteriorē. Nam etſi cultus ⁊ ſeruitꝰ frequēter pro eodē accipiūtur: cultus etiā lꝫ dicat actū interiorē ⁊ exteriorē: tm̄ cultus magis reſpicit actū interiorē. Seruitus ꝟo exteriorem.

Auguſtinꝰ

Latria ſm Aug. cū ſit ſeruitus ꝓprie reſpicit actuꝫ exteriorē. Sicut theoſebia: qꝛ eſt ideꝫ qđ cultus diuinꝰ: iō ꝓprie reſpicit actū interiorē. Uirtꝰ ꝟo que reſpicit actū exteriorē: eſt in gn̄e ꝟtutis cardinalis. Hinc eſt ꝙ latria eſt in gn̄e ꝟtutis cardinalis. Et qꝛ reſpicit actū exteriorem ſub rōne debiti in cōpatione ad alterū: ⁊ hoc eſt iuſticie: ideo cōtinet̃ ſub virtute cardinali que eſt iuſticia. Et qꝛ ſpecies iuſticie ſm quā ordinat̃ ad venerādū naturā ſuperiorē: ſicut dicit Tullius: eſt religio. Hinc eſt ꝙ latria eſt in genere virtutis: ſicut in genere remoto. In gn̄e ꝟtutis cardinalis: quaſi in gn̄e ſubalterno. In gn̄ere iuſticie: ſicut in gn̄ere propinquo. In gn̄e ꝟo religionis: ſicut in gn̄ere proximo. hec Bona. Loquēdo aūt de actu interiori: qui ⁊ ipſe ſm cōem acceptionē ad latriam pertinet ſm quā nō diſtinguitur latria a theoſebia: ſic magis videtur dubium ad quā virtutem pertinet.

Circa cultū dei poſſumus hr̃e triplices actꝰ ad totidē ꝟtutes ꝑtinentes.

adipiſcẽde felicitatis. Sunt aũt in via quãtũ ad
hoc ꝙ nõdũ apprehẽderũt finale p̄miũ ꝛ vltimã
retributionẽ ad quã ambulãt p ꝯtinuã ſatiſpaſ-
ſionẽ ꝓ pctis. Et quãtũ ad hoc via eoꝝ non eſt
circũſepta:quin poſſint ab alijs iuuari. ¶ Nec
contra illud eſt verbũ apli. Poſt hoc iudicium:
qꝛ ſiue loquaꝛ de vli in fine ſeculi:ſiue de parti-
culari iudicio ſtatim poſt mortem celebrando:
intelligiꝛ de iudicio finalis retributiõis:ꝛ quã-
tũ ad illud aĩe iuuari non pñt viuoꝝ ſuffragijs.
Uel põt dici ꝙ iudicio particulari nõ ſolũ iudi-
caꝛ quã retributionẽ ꝑpetuã habitur⁹ ſit hõ:ſed
etiã q̃b⁹ purgatõib⁹ (attẽtis ſuffragijs futuris)
peruenire ad finalẽ retributionẽ. ¶ Ad q̃ntã dr
ꝙ minor nõ eſt vera. Oſtẽſum eñ eſt:ꝙ mortuoꝝ
ꝛ viuoꝝ eſt cõicatio quãtũ ad opa vite ſp̃ualis:
tãꝗ mẽbroꝝ eiuſdẽ corpis charitatis nexu vni-
toꝝ. Phs ṽo loquiꝛ de cõicatiõe operũ ciuiliũ:
que nõ eſt eoꝝ q̃ ſunt extra vitã ciuilẽ quã exceſ-
ſerũt mortui:nõ aũt vitã ſp̃ualẽ3 grẽ qua etiam
mortui in xp̃o viuũt. ¶ M De ſcđo p̄ncipali .ſ.
quib⁹ ꝓſint viuoꝝ ſuffragia:an ſolũ exiſtẽtibus Dubium
in purgatorio:an etiã exiſtẽtib⁹ in inferno. Na3 Reſp̄ſio ad
qui btitudinẽ adepti ſunt:his nõ indigent. Ad dubium
hoc dubiũ rñdet btũs Augu. in ſuo enchi.c.cix.
ꝛ allegat magr̃ di.xlv.li.iiij. Nõ eñ inq̇t oĩb⁹ pro
ſunt:ſc3 eccl'ie ſuffragia. Et q̃re nõ oĩb⁹ ꝓſũt:niſi
ob dñam vite quã q̃ſq; geſſit i corpore/ꝓmiſit.
Hec eis ꝓſunt:q̃ cũ viuerent:vt hec ſibi poſtea
ꝓdeſſe poſſent:meruerũt. Eſt enim q̃dã viuẽdi
modus:nec tã bon⁹ vt nõ req̇rat iſta poſt mortẽ
nec tã mal⁹ vt ei nõ ꝓſint iſta poſt mortẽ. Eſt ṽo
talis i bono:vt iſta nõ req̇rat: ꝛ ẽ rurſus talis in
malo:vt nec his valeat cum hec vita trãſiret ad
iuuari. Primi boñ dñr mediocriter boni ꝛ me-
diocriter mali:ſcđi valde boni:tertij valde mali.
¶ Ex q̃b⁹ elici pñt tres ꝓpoſitiões ad dubium
rñſiue. Pria. Eccl'ie ſuffragia pro defunctis poſt
mortẽ ip̄ẽſa nõ ꝓſunt btis. Et nota qđ dr ſuffra-
giũ. Nã ſuffragiũ de ſui ratione importat quã-
dam auxiliationẽ que cõpetit indigẽti:ſc3 ei qui
defectũ patiꝛ. Et ideo ꝗuis opib⁹ meritorijs vi Suffragiũ
uoꝝ creſcat gaudiũ accidẽtale beatoꝝ:nõ tamẽ q̃d importat.
ꝓpter hoc dñr ſuffragia reſpectu beatoꝝ opa
bona viuoꝝ. Sic intellecta ꝓpoſitio p3: qꝛ hec
ipſi nõ requirũt:cũ his nõ indigeãt:habent eñ
quicquid volũt:ꝛ nullius indigent. De quibus
in ſer. de verbis apl'i idẽ Aug. ait:ꝛ hr̃ de ce.miſ.
Cũ marthe. Iniuriam facit martyri qui orat pro
martyre. Et pari ratione iniuriam facit cuilibet
alteri btõ pro ipſo orans:quia oẽs ſunt in ſtatu
nõ deficiente:ſed in ſtatu beatitudinis ꝛ ſufficiẽ
tie. ¶ Scđa propoſitio. Suffragia eccleſie ꝓſunt
defunctis in purgatorio carceratis. Patet:quia
tales ſunt qui ea requirunt: ideſt deſiderant:et
eis prodeſſe poſſunt:nam in penis detinentur a
quibus liberandi ſunt:quoꝛu3 liberatio põt per
eccleſie ſuffragia accelerari. Item aliqui defun-
cti ſuffragijs iuuari pñt: ſed nulli potius ꝙ illi
vt patet ex verbis Augu. Illi enim meruerũt dũ
viuerent:vt poſt mortẽ iuuari poſſint. Quõ me-
ruerunt:per hoc certe ꝙ manſerunt in vnitate
eccleſie per charitatem:in qua finaliter deceſſe
rũt:ꝑpter qđ manſerunt membra eiuſdẽ corpo-
ris xp̃i cui⁹ ꝛ viui:nõ in bonis ſp̃ualib⁹ cũ viuis
cõmunicant:

communicant: vt dictũ eſt in p̄cedenti dubio.
Meruerunt autẽ merito conditionato liberari a
penis ſi aliqui opera pietatis ⁊ ſacrificium alta⸗
ris pro ipſis exhibeant:quod ſi non fiat: penã il⸗
lam ſuſtinebũt quouſqꝫ ſatis patiantur ſm̃ eorũ
quantitatẽ peccatoꝝ. Meritũ igitur illud nõ eſt
aliud niſi perſeuerantia finalis in charitate: per
quam manẽt in ſtatu in quo poſſunt alioꝝ viuo⸗
rũ ſcꝫ operibus cõmunicare:⁊ ſic per ea in penis
releuari. ¶ N Tertia propoſitio. Quibuſdã de⸗
functis perpetue damnationi aſcriptis: viuoꝛuꝫ
pietates nõ proficiũt:qui in ſuis penis nullis po
Auguſtinꝰ. terunt ſuffragijs releuari. Patet per illud Augu.
Pro valde malis: etſi non ſunt adiumenta moꝛ⸗
tuoꝛum: qualeſcunqꝫ viuoꝝ conſolationes ſunt.
Utrum aũt vlli damnatoꝝ ſuffragijs viuoꝝ iuua
ri poſſunt: opiniones ſunt apud doc. Sunt eñ q̇
in p̄dicta beati Aug. autoꝛitate quatuoꝛ mẽ⸗
bꝛa faciũt. Nam ſicut duo ſunt genera electoꝛuꝫ:
valde boni ⁊ mediocriter boni: ſic duo ſunt gene
ra reproboꝝ:valde ſcꝫ mali ⁊ mediocriter mali:et
ſm̃ hoc primã partem autoꝛitatis beati Aug. di⸗
ſtinguunt in duo membra: intelligentes per me⸗
diocriter bonos eos qui ſine moꝛtalibus in cha
ritate deceſſerunt:cum debito tamen ſatiſfacien
di pro venialibus pctis aut moꝛtalibus quoad
culpã remiſſis:⁊ de his accipiũt illud Aug. ꝙ eſt
quidã modꝰ viuendi nõ tã bonus vt nõ requirat
iſta poſt moꝛtem. Per mediocriter autem malos
intelligũt decedẽtes in fide catholica infoꝛmi:cũ
moꝛtalibus licet tamen non grauiſſimis: ⁊ ideo
damnati:de quibus accipiunt id quod in Augu.
ſequitur. Nec tam malis vt eis non proſint poſt
moꝛtem. Jllis dicũt valere ſuffragia:non vt aliq̃ñ
nõ puniant̃ ſiue vt liberent̃:ſed vt minꝰ puniant̃
Et ad hũc ſenſum retoꝛquẽt verba q̄ ſubdit Aug.
autoꝛitate. ſ. alleg. Quibus autẽ proſunt aut ad⸗
hoc proſunt vt ſit plena remiſſio: aut certe vt to⸗
lerabilioꝛ fiat ipſa damnatio. Primũ referunt ad
mediocriter bonos ſcꝫ exiſtentes in purgatoꝛio.
Scðm ad mediocriter malos ſcꝫ exiſtentes in in
ferno. Als eñ qũo dixiſſet Aug. vt tolerabilioꝛ ſit
eoꝝ dãnatio:⁊ nõ potiꝰ vt tolerabilioꝛ ſit eoꝝ pur
gatio? Ualde aũt mali quibus non proſunt: ſunt
infideles:idololatre:gẽtiles:iudei:heretici ⁊ peſ⸗
ſimi ac obſtinatiſſimi chꝛiſtiani:de quibꝰ intelli⸗
Gregorius gunt illud beati Greg. ad bonifaciuꝫ. Cõgruit vt
ſacerdos pro moꝛtuis catholicis memoꝛiã faciat
⁊ intercedat:nõ tñ impijs (quãuis chꝛiſtiani fue
rint) tale q̇d agere licebit:⁊ hanc opinionẽ tenet
gl. xiij. q. ij. Tp̄s. ⁊ in ca. Cum marthe. de cel. miſ.
¶ Q Et põt hec opinio quibuſdã rõnibus mu⸗
niri. Primo qꝛ hi pro quibus machabeus miſit
hieroſolymã duodecim milia drachas argẽti vt.
ſ. alleg. eſt:fuerũt ĩ inferno: qꝛ in moꝛtali deceſſe⸗
rũt:qm̃ ꝯtra legem de donarijs idoloꝝ acceperũt
furtiue ſub tunicis abſcondentes. ¶ Jtem in vi⸗
tis patrũ de ſctõ machario legit̃ ꝙ caput cuiuſdã
inuentũ in via:ad p̄ces eiꝰ rñſum dedit: ꝙ fue⸗
rit ſacerdotis gẽtilis dãnati: ⁊ tñ ꝯfeſſum eſt ſe et
alios oꝛone macharij iuuari. ¶ Jteꝫ dam̃. in ſer.
narrat btm̃ Greg. pro traiano gẽtili oꝛantẽ vocẽ
diuinitꝰ allatã audiſſe. Uocẽ tuã audiui: ⁊ veniã
traiano do:cuiꝰ rei ait teſtis eſt oꝛiens ⁊ occidẽs.
Sed ꝯſtat traianũ dãnatũ fuiſſe:⁊ qꝛ gẽtilis erat
⁊ qꝛ multoꝝ martyꝝ ſanguinem fudit:vt ibidẽ di
cit Dam̃. ¶ Jtẽ ſuffragia viuis valẽt in moꝛtali
pctõ exiſtentibus:ergo ⁊ defunctis in moꝛtali dã
natis:plꝰ eñ valet defunctis q̃ꝫ viuis:vt vult Dio
ny. c. vlti. eccle. hierar. ¶ Jtẽ pena dãnatoꝛuꝫ põt
augeri per mala opa viuentiũ:ſicut dicit Aug. ꝙ
ignoꝛatur pena arrij: quia neſcitur quot eius er⸗
roꝛe ſunt ſubuertẽdi: ergo ⁊ minui põt per bona
opa viuentium inter que ſunt ſuffragia:quoniaꝫ
pronioꝛ eſt deus ad miſerendũ q̃ꝫ ad puniendũ.
¶ P Ad quid auteꝫ proſint damnatis ſuffragia
ſequenti dubio reſeruandum foret: quia tamen Suffragia
hic occurrit materia nũc ꝓſequamur. Et de hoc ad quid ꝓ⸗
tangit Alber. circa hũc textum canonis quatuoꝛ ſint dãnatꝫ
opi. Prima eſt p̄poſitiui:⁊ Aug. de anchona in
de poteſtate eccl'iaſtica:⁊ gloſe allegate:ꝙ ſuffra⸗
gia facta pro damnatis mediocriter malis ꝓſunt
ad diminutionẽ pene: tollunt eñ aliquid de pe⸗
na non vt liberẽtur:ſed vt minus puniant̃. ¶ Et
ſi contra hoc arguitur ſicut ipſi arguũt: et ponit
gloſa allegata. Pono ꝙ certum opus pietatꝫ pu⸗
ta eleemoſyna tollat cẽteſimã ptẽ pene eiꝰ pro q̊
fit:ergo ſi fiant centũ eleemoſyne ex equali chari
tate facientis:tota pena illi remitteretur: qð ne⸗
gant ſic opinantes. Reſpondet p̄poſitiuus ⁊ glo.
ꝙ in caſu poſito:ſecunda eleemoſyna non tantũ
tollit de pena quantum prima:ſecũdum quanti⸗
tatem:ſed ſm̃ pꝛopoꝛtionem. Unde ſicut in caſu
prima eleemoſyna tollit centeſimaꝫ partẽ totius
pene:ſic ſecũda eleemoſyna tollit centeſimã par⸗
tẽ remanentis pene:⁊ ſic de alijs: ⁊ quia pena eſt
diuiſibilis in partes eiuſdem pꝛopoꝛtionis in in
finitum: poſt quãcunqꝫ centeſimã ablatã adhuc
manent partes. xcix. igitur nũq̃ꝫ tolletur tota pe⸗
na:⁊ tamen per quodlibet ſuffragium ſic aliquid
auferatur:⁊ ſit pena tolerabilioꝛ. ¶ Ponit p̄poſi⸗
tiuus exemplũ in diuiſione linee vel cuiuſcunqꝫ
quantitatis continue. Si fit diuiſio ſm̃ partes
eiuſdem quãtitatis:ſtabit diuiſio ad certum nu⸗
merum partium vt ad duas medietates vel tres
tertias:vel centũ cẽteſimas:aut mille milleſimas
q̇bus ablatꝫ nihil manet. Si võ fit diuiſio ĩ ptes
eiuſdẽ ꝓpoꝛtiõis:vt p̄io auferat̃:medietas totiꝰ
ſcðo:medietas reſidui:tertio medietas remanẽ⸗
tis:fit ꝓceſſus ĩ ĩfinitũ: manet eñ ſemp̱ aliq̇d di⸗
uidẽdũ. ¶ Sed ꝯ hãc rñſionẽ eã improbãdo ar⸗
guit Alber. ⁊ bñ di. Querat̃ a p̄poſitiuo q̄ ſit cã ꝙ Alber.
ſm̃ ſuffragiũ minꝰ ĩ quãtitate pene tollit q̃ꝫ p̄mũ:
cũ ĩ oĩ natura equal'r agẽtia equal'r tollãt ⁊ abij⸗
ciãt de paſſiuo. Pñt aũt ſequẽtia ſuffragia eẽ eq̄⸗
lia p̄io:qꝛ ꝓcedere pñt ex eq̄li charitatis feruoꝛe
ac deuotiõe:⁊ cũ nulla p̄t aſſignari cã rõnabilis:
neqꝫ dictũ illð ex autoꝛitate ꝓcedit: eadẽ facilita
te ꝯtẽnit̃ q̄ ꝓbat̃:vñ eã reputat tãq̃ꝫ fictionẽ ĩ nul
lo fundatã. ¶ Q Scða opi. eſt cãtoꝛis pariſ. ⁊ ſte
phani cãtuarieñ. q̇ dicũt ꝙ ſuffragiũ dãnatis im
pẽſuꝫ tollit aliq̇d de pena inferni ⁊ ſm̃ ſi fuerit eq̄
le p̄io: tm̃ quãtũ p̄io in caſu poſito: ꝯñr ꝯcedũt
ꝙ pñt tm̃ multiplicari eccl'ie ſuffragia:ꝙ pena to
tal'r tollit̃:vel veriꝰ tota ſuſpendit̃:qꝛ ꝯñr dicũt ꝙ
ſuſpẽſa tota pena:dãnatꝰ iteꝝ in eaſdẽ penas re
labit̃: qꝛ nemo liberat̃ a penis ſine relapſu niſi p̱
grãm diuinã:cuiꝰ dãnatus nõ eſt p̱ticeps nec ſu⸗
ſceptiuꝰ. Hoc ꝯfirmãt p̱ dictũ Joan. chꝛyſo. q̇ di⸗
ſtinguit ꝙ duplex eſt mĩa dei. ſ. liberãs ⁊ relaxãs.
Liberãs eſt q̄ ex toto idulgẽs liberat:⁊ vt dicit:nõ
eſt ſup̱ oĩa opa dei:qꝛ non eſt ſup̱ dãnatos. Mĩa Jo.chry.
relaxãs q̄ eſt citra ꝯdignũ puniẽs: in oĩ iudicio p̱
tẽ pene relaxat ⁊ nũq̃ꝫ totã: ⁊ hãc dicit̃ eẽ ſup̱ oĩa
opa eiꝰ ẽt ſup̱ dãnatos:de qua ĩtelligit̃ illud p̄s.
Oẽs vie dñi mĩa ⁊ veritas: ⁊ illud Jaco. ij. Sup̱ Jaco.ij.
exaltat aũt mĩa iudicium. Ponunt autem hunc
relapſum maxime fieri poſt diẽ iudicij:tũc quideꝫ
ſpũs dãnatoꝝ reſumptis coꝛpoꝛibꝰ detrudent̃ in
ignẽ eternũ:ſine ſpe oĩs venie. ¶ Sed cõtra illos
queritur:que ſit cauſa ꝙ iã liberatus iterum rela
bitur in penã: qꝛ apud iuſtũ iudicem: ſi aliquis

ſatiſfecit ꝓ reo: ⁊ iudex ſatiſfactionē acceptauit:
iā iniuſtū eſt reū iterum in penā reuocare. Hoc
quoq; dictū minime ꝓbāt. Autoritas quoq; om
nino impertinens eſt ꝓpoſito. Nō em̄ vult Chry
ſo. ꝙ ex dei mīa continuo relaxetur aliquid de pe
na damnatoꝝ poſtq̄ inflicta eſt: ſed ꝙ ex dei mīa
non tanta infligitur: quantam meruit ſuo pctō.
Punit em̄ deus citra condignū. Etiā contra iſtā
Job. xv. opinionē allegat Albertus autoritates canonis:
illā ſcʒ Job. xv. de damnato. Nō recedet de tene-
bris: ramos eiꝰ areſaciet flamma: ⁊ auferetur ſpū
Puer. vj. oris ſui: non credit errore fruſtra deceptus ꝙ ali-
quo precio redimendus ſit. Itē Prouer. vj. zelus
⁊ furor viri non parcet in die vindicte: nec acquie
ſcet cuiuſq̄ precibus nec recipiet pro redēptione
dona plurima. ℂ R Ideo eſt tertia opi. Guil. al-
tiſiodoren. que dicit: ꝙ pena damnatoꝝ per ec-
cleſie ſuffragia nec minuit nec ſuſpenditur: pro-
ſunt tamen dānatis vt tolerabilior ſit eorum dā-
natio: qr per ſuffragia confortant: vt leuius ferre
poſſint ignis incendium. Sicut quando quis pō
dere magno grauatus laſſitudine debilitat: ſi q̄s
in faciem eius fundat aquam frigidā: ille pondꝰ
quod portatur in nullo alleuiat: ⁊ tamen portan-
tem ad leuius ſuſtinendū confortat ⁊ refrigerat:
⁊ in hoc ſenſu dixit diuitem guttam aque petere
Luc. xvj. vt refrigeret. ℂ Sed contra hos argui pōt ſicut
contra priores: quia ſi certum ſuffragium tribuit
confortationem certi gradus: duplex ſuffragium
preſtabit duplicem confortationis gradum: ⁊ ſic
poſſent tm̄ multiplicari ſuffragia: ⁊ per ea confor
tatio: ꝙ nihil damnatus ſentiret de pena. ℂ Pre
terea ↄtra hāc opi. ⁊ omnes eius modos arguit
ꝙ viuoꝝ ſuffragia dānatis ſimplr non proſunt.
Primo per verbum abrae qꝺ reſpōdit diuiti aq̄
guttā ad lingue refrigerationem petenti. Chaos
magnū firmatū eſt inter nos ⁊ vos ⁊c. ⁊ premiſit.
Tu recepiſti bona in vita tua: ⁊ ſimiliter lazarus
mala. Nūc aūt hic cōſolat: tu vero cruciaris. Ex
quo patet ꝙ tantū chaos mediat inter dānatos
⁊ ceteros ꝙ etiā minimū compaſſionis ſuffragiū
a ſanctis ad damnatos nō poſſit deriuari. Si em̄
ſuffragium negatur a patre abraaʒ iā domeſtico
dei: ⁊ cōſimiliter a ſancto lazaro: qūo poterit ad
Auguſtinꝰ. eos deriuari ſuffragiū a viatoribus mortalibus
potētibus deficere: ℂ Preterea beatus Aug. Si
ſcirem inquit patrem meū in inferno: non plus
orarem pro ipſo q̄ pro diabolo. Et. xxi. de ciuita.
dei. cap. xxiiij. Si eccleſia eſſet certa de aliquibus
hic in vita conſtitutis ꝙ eſſent in ignem mitten-
di eternum: pro eis nō oraret. Hoc autē ſtultum
foret ⁊ fatuum pretermittere: ſi orationibus ⁊ ſuf
fragijs viuorum pena damnatoꝝ aut tolli poſſet
aut minui. ℂ Item beatus Greg. xxiiij. mora. ⁊ ſa
tis concordat btūs Aug. loco allegato. Eadē cau
ſa eſt: cur non oretur tunc (ſcʒ poſt diem iudicij)
pro hominibus eterno igne damnatis: que nūc
cauſa eſt vt non oretur pro diabolo angeliſq; eiꝰ
eterno ſupplicio damnatis: que etiam nunc cau-
ſa ē ꝙ ſcti nō orant pro infidelibus impijſq; de-
functis: quia de eis vtiq; quos dānatos eterno
ſupplicio iā nouerūt: ante illū iuſti iudicis ↄſpe
ctū orōnis ſue meritū caſſari refugiūt. In infer-
no igit dānatis ſuffragia nō proſunt. ℂ Itē ex Au
gu. verbis magiſter diſt. xlv. quarti: elicit ꝙ qui ſi
ne fide operante per dilectionē eiuſq; ſacramen-
tis de corpe exierūt fruſtra illis a ſuis: hmōi pie-
tatis officia impēdūtur: cuius cum hic eſſent pi-
gnore caruerūt: nō mīam ſibi theſaurizātes: ſed
irā: ſed omnes damnati ſunt hmōi: q̄re ſuffragia
eis a viuis impenſa nō proſunt. ℂ Seruit ad idē
ratio duplex. Prima quia iuſticie obuiat: manen
te pctō: penam illi correſpondentem minui. Ma
net autem pctm̄: nec vnq̄ minuitur ſeu remittit
damnatis: quia remiſſio peccati non fit niſi per
gratiā cuius damnati capaces nō ſunt: neq; ha-
bere poſſunt voluntateʒ bonam: quia obdurati
ſunt in malo: ⁊ ſi bonum volunt non tamen bene
quia ſemper deficit principaliſſima finis circun-
ſtantia: ⁊ adeſt peruerſa qua ſeipſos finem conſti
tuunt: quippe ſeipſos diligūt ſuper oīa ⁊ odiunt
deū: iuxta illud. Superbia eorum qui te oderunt
aſcendit ſemper. Si igitur dānatus immobiliter
manet in peccato: ſtat imutabiliter pena tali pec
cato debita: quia pena ordinat culpam: ne in vni
uerſo ſit dedecus culpe ſine decore iuſticie ꝑ pe-
nam ordinantis culpam: vt deducit btūs Anſel.
ℂ Scꝺa ratio: ſublata cōione viuorum ad mor-
tuos: tolluntur ⁊ mutua ſuffragia: ſed viuorū ad
dānatos nulla eſt cōio: ⁊ per ↄñs viuoꝝ ſuffragia
ad damnatos deriuari non poſſunt. Sunt em̄ dā
nati extra vinculū charitatis: ſm quā ſolum ope
ra viuoꝝ continuātur defunctis. ℂ Et addit ter-
tia ratio ſm ſctm̄ Tho. in. iiij. ſcripto diſt. xlv. q. v. Tho. aqui
ar. j. Nam damnati ſunt totalr in termino quan nas.
tum ad animā ⁊ extra viā: recipientes vltimā pro
meritis retributionē: ſicut ⁊ ſancti qui ſunt in pa
tria. Quod enim reſtat de pena vel glīa corpis:
hoc eis rōnem viatoris nō prebet: cum glīa eſſen
tialr ⁊ radicalr exiſtat in anima: ſimul ⁊ miſeria
damnatoꝝ: ⁊ ideo nō poteſt pena eorū diminui: ſi
cut nec premiū ſanctoꝝ augeri quātum ad gloriā
eſſentialē. Eſt ergo opinio predicta vt dicit btūs
Tho. vbi ſupra preſumptuoſa: vt pote ſanctoruʒ
dictis contraria ⁊ vana: nulla autoritate fulcita:
⁊ irrationabilis: propter rationes iam contra eā
inductas. ℂ S Eſt igitur alia opinio beati Tho
me ⁊ ceteroꝝ doctoꝝ cōiter/qui tenēt ꝙ ſuffragia
viuorum non proſunt damnatis quantum ad pe
nas peccatorum pro quibus damnati ſunt quo-
uis modo releuandas: nec quoad penam damni
neq; quoad penam ſenſus. Quoad penam dam-
ni: que eſt carentia viſionis diuine eſſentie: nam
huius pene ablatio non poteſt fieri niſi per colla
tionem viſionis diuine ſicut in alijs priuationi-
bus. Siquidem priuatio a ſubiecto nō tollitur ni
ſi per poſitionem habitus oppoſiti. Non em̄ ab
hoie aufertur cecitas: niſi per poſitionem viſus.
Poſitio autē viſus diuine eſſentie beatificat ſm
illud Joan. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt
te ſolum deum verum ⁊c. Cognoſcant inquā cla- Joan. xvij.
re ⁊ ituitiue: q̄ cognitio viſio appellatur. Hec qr
ſm quēq; gradum beatificat: ſicut et gratia ſm
quemq; gradum gratificat: ideo ſm quemq; gra
dum tollit dānationē. Quoad penā ſenſus: conſi
ſtit in aliquo poſitiuo reali afflictiuo ſenſus dam
nati: ſiue corporis: ſiue mentis: et maxime mētis
que ſm Auguſt. xi. de ciui. dei. ca. iij. veriſſime ſen Auguſtinꝰ.
ſus dicitur: qualis eſt pena ignis ⁊ vermis. Neq;
enim illa tollitur vel minuitur per ſuffragia viuo
rum in damnato: quantum ad eam q̄ infligit per
pctō mortali: qr illa eſt eterna: dicente xp̄o. Diſce
dite a me maledicti in ignem eternum qui para-
tus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Matt. xxv. Quod Matt. xxv.
verbū pertractans beatus Augu. xxi. de ciui. dei
ait. Nimie preſumptionis eſt dicere cuiq̄ ipsorū
eternū ſuppliciū nō futurum: quos deus ituros
dixit in ſupplicium eternum. Et Eſa. Uermis eo- Eſa. lxvj.
rum non morietur ⁊ ignis eorum non extinguet.
ℂ Notanter autem dictū eſt quātū ad penas il-
loꝝ peccatorum pro quibus damnati ſunt ſcilicʒ
mortalium: quia de venialibus peccatis ⁊ morta

libus hic

libus hic remiſſis quoad culpā nō quoad penaꝫ
Scotus. ſatiſfactoriā: tenet Sco. in ſuo q̄rto diſ. xxi. q. i. ꝙ
eis etiā in inferno nō debet̄ niſi pena tp̄alis: cuꝫ
venialis culpa ſufficiēter punit̄ pena tp̄ali: ⁊ pe-
na mortalis eterna: dimiſſo mortali ꝑ penitētiaꝫ
mutat̄ in tp̄alem: illa igit̄ tp̄ali ſoluta nihil rema
net ſoluēduꝫ. ¶ Q̄d dictū etſi ꝓbabile eſt quoad
pctā mortalia ⁊ venialia hic dimiſſa: tñ ꝓ veniali
cū quo q̄s morit̄ nō dimiſſo quoad reatuꝫ culpe
nō v̄r ver̄: q꜡ cū tale pctm̄ q̄ad culpā ꝯtinuat̄ ꝑpe
tuo ſicut ⁊ mortale: nō pōt tolli pena manēte cul
pa. Nō aūt tollit̄ culpa venialis ſicut nec morta
lis poſt hāc vitā in dānatis: q̄bus ſemꝑ placet et
nūq̄ diſplicet culpa: diſplicētia debite circūſtan
tionata circūſtātia finis: q̄ requirit̄ ad remiſſio-
neꝫ culpe. Hāc aūt hr̄e nō pn̄t obſtinati in infer
no: igit̄ nō pōt tolli aut minui pena non dimiſſa
culpa. Si ergo opinio illa vera eſt q̄tū ad penaꝫ
hic dimiſſam quoad culpā poſſet ꝓbabiliter di-
ci ꝙ q̄tū ad illa proficerēt dānatis vivoꝝ ſuffra-
gia. Nā cū dānati ꝓ illis pctis poſſunt ſatiſface
re patiēdo tp̄alē penā in inferno: ita ꝓ eis poſſet
q̄s ſatiſfacere tp̄aliter in via. Satiſfactio eñ tem
poralis nō pōt fieri ab vno ꝓ alio. ¶ Verū ꝙ op
poſitū eque ꝓbabiliter pōt ſuſtineri. ſ. ꝙ ſtāte po
ſitione p̄dicta vnꝰ nō pōt ſatiſfacere ꝓ alio cū q̄
nō hꝫ aliquā cōionē. Vivoꝝ aūt cū dānatis nul
la eſt cōio vt dictū eſt: nec ſm̄ p̄dicta ipſi merue-
rūt in via vt eis ꝓdeſſent ſuffragia poſt mortem.
Et hoc ſentire v̄r Richar. de me. vil. in. iiij. di. xlv.
q. ij. ¶ T Per hec ad rōnes p̄me opi. Ad primaꝫ
autoritatē Aug. in enchi. In qua ſe fundāt iuriū
gloſatores: ⁊ q̄dā alij doctores: dicēdū ꝙ diuiſio
beati Aug. quā ibi ponit: nō eſt quadrimēbris: ſi
cut ipſi ſentiūt: ſꝫ trimēbris. Nā ijdē ſunt medio
criter boni ⁊ mediocriter mali: illi. ſ. qui deceſſe-
rūt in gr̄a cū pctō veniali: aut cū debito pene ꝓ
pctis mortalibꝰ hic ꝑ penitētiā quoad culpā di-
miſſis: nā mediocriter bonꝰ: eſt etiā mediocriter
malus. Q̄d ſatis clare ptꝫ ex verbis beati Augu.
Tres modi viuendi. Nā ponit tm̄ tres modos viuēdi: ait eñ. Eſt qui
dam viuēdi modꝰ nec tā bonꝰ/ vt nō req̄rat iſta:
ſcꝫ ſuffragia poſt mortē: nec tā malꝰ / vt ei illa nō
ꝓſint poſt mortē. Ecce primꝰ modꝰ viuēdi. Seq̄-
tur. Eſt v̄o talis in bono: vt iſta non req̄rat: ⁊ eſt
rurſus talis in malo: vt nec his valeat (cū hec vi
ta trāſierit) adiuuari. Primū ergo modū viuēdi
cōtra mētē btī Aug diuidūt in duos: cū ſit tātuꝫ
vnꝰ modꝰ viuēdi medius: inter duos extremos.
Vnꝰ extremꝰ eſt talis q̄ nō indiget iuuari. Alius
extremꝰ q̄ nō pōt iuuari. Medīꝰ q̄ indiget et po-
teſt: ⁊ ille eſt mediocriter bonꝰ: q꜡ pōt: ⁊ mediocri
ter malus: q꜡ indiget iuuari. Iteꝫ q̄ eſt mediocri-
ter bonꝰ: aut eſt aliquātulū malus vel oīno non
malꝰ. Si ſcd̄ꝫ: tūc eſt valde bonꝰ: nihil oīno hn̄s
mali ſeu debite malitie: culpe nec pene. Si p̄muꝫ
habet̄ ꝓpoſitū. Sic de mediocriter malo: aut hꝫ
aliq̄d bonitatis: ⁊ ſic eſt mediocriter bonus: aut
nihil bonitatis: ⁊ ſic eſt valde malꝰ. Et hoc etiaꝫ
ptꝫ: q꜡ Aug. reſumēs dictā diuiſionē circa finem
ca. iterū ponit tm̄ tria mēbra: vbi dicit. Cuꝫ ergo
ſacrificia ſiue altaris: ſiue q̄rūcūq̄ elemoſynaꝝ
ꝓ baptizatis oībꝰ defunctis offerunt̄ ꝓ valde bo
nis gratiaꝝ actiones ſunt: ꝓ nō valde malis ꝓpi
tiationes ſunt: ꝓ valde malis: etſi nulla ſunt ad-
iumēta mortuoꝝ: qualeſcūq̄ cōſolationes viuo-
rū ſunt. Vbi nō valde malos nolat: q̄bus ꝓſunt
ſuffragia: nec inter illos diſtinguit. Hoc etiā ſen
tit Durandus in ſuo. iiij. Abſurdū etiā v̄r q̄d illi
dicūt: ꝑ valde malos intelligi qui fidē nō habue
rūt: q꜡ paruuli decedētes in ſolo originali fidem
nō habuerūt: ⁊ tñ non fuerūt magis mali q̄ fide
les dānati: q̄ multa mortalia cōmiſerūt: q̄d etiā
pena oſtēdit: cū illi tm̄ pena dāni: iſti pena dāni ⁊
ſenſus puniunt̄. Maior aūt pena maiorē arguit
malitiā: q꜡ pena correſpōdet culpe. Etſi diceꝛent
ꝑ valde malos intelligi infideles adultos q̄ etiā
in infidelitate pctā actualia addiderūt: ⁊ fideles
grauioribꝰ pctis obnoxios: tūc ſequit̄ ꝙ decedē-
tes in originali tm̄ nō eſſent valde mali: ⁊ ſic pro
deſſent eis ſuffragia ſm̄ Aug. ꝯn̄s falſum: q꜡ non
hn̄t niſi penā dāni: q̄ vt p̄miſſum eſt: nec tolli pōt
nec minui: niſi ꝑ collationē btitudinis que repu
gnat dānatis. Q̄d aūt dicit Aug. ꝙ quibꝰ ꝓſunt
ſuffragia: ad hoc ꝓſunt: vel vt ſit plena remiſſio:
vel certe vt tolerabilior ſit eorū dānatio. Rn̄det̄
ꝙ ibi accipit̄ dānatio large: ꝓ q̄libet punitione
ad quā aliq̄s eſt iudicatꝰ: ſm̄ quā acceptionē in-
cludit etiā penā purgatorij. Vn̄ ⁊ btūs Greg. di- Grego.
cit ꝙ eodē igne purgant̄ boni: q̄ reprobi puniun
tur. Et in alijs cōibꝰ locutionibꝰ dicimꝰ aliqueꝫ
condēnari ad certā pecuniariā penā: ſiue ad ali-
quod tp̄ale ſuppliciū. ¶ V Ad illud de macha-
beis dicēdū ſm̄ Tho. vel ꝙ illa donaria inuenta
ſub tunicis mortuoꝝ nō fuerūt accepta in reue-
rentiā idoloꝝ: ſꝫ iure belli eis debebant̄: tñ ꝑ ali-
quale auaritiā venialiter peccauerūt: ideo non
fuerūt in inferno: ⁊ ita ſuffragia eis poterāt vale
re. Vel ꝓbabiliꝰ: ꝙ in ipſa pugna vidētes ſibi im
minere periculū: pctm̄ ſuū cognouerūt ⁊ penitue
rūt: ſm̄ illud ps̄. Cū occideret eos querebāt eū: ⁊ Ps̄.
ita pctm̄ remiſſum fuit ꝑ penitētiā: ⁊ ꝑ cōſequēs
nō fuerūt in inferno: ſꝫ purgatorio. ¶ Ad aliud
de ſctō machario ⁊ capite inuēto: dicēdū ꝙ illud
adiutoriū non erat ad pene diminutionē: ſed ad
hoc ſolū vt ibidē d꜡ ꝙ eo orāte cōcedebat̄ eis vt
mutuo ſe viderēt: ⁊ in hoc aliq̄d gaudiū nō ver̄:
ſꝫ phātaſticū hr̄e dicunt̄: dū implet̄ illud q̄d deſi
derāt. Sicut ⁊ demones gaudere dicunt̄: duꝫ ad
pctā ꝑtrahūt hoīes: q̄uis ꝑ hoc eoꝝ pena nulla
tenus minuat̄. Sicut nec angeloꝝ gaudium mi-
nuit̄: dū noſtris malis cōpatiunt̄. ¶ Ad illud de
traiano pōt dici ꝙ ad p̄ces btī Greg. traianꝰ fuit
ad vitā reuocatus: ⁊ ad ſtatū viatoꝝ: ⁊ ibi gratiā
cōſecutꝰ: ꝑ quā pctōꝝ remiſſionē obtinuit: ⁊ per
ꝯn̄s immunitatē a pena: ſicut apparet in oībꝰ il-
lis q̄ fuerūt miraculoſe reſuſcitati: quorū plures
ꝯſtat idololatras ⁊ dānatos fuiſſe. De his oībꝰ
ſilr̄ dicere oꝫ ꝙ nō erāt in infernū deputati fina-
liter: ſm̄ p̄ſentē iuſtitiā ꝓprioꝝ meritoꝝ: ſꝫ ſm̄ ſu
periores cauſas q̄bꝰ p̄uidebant̄ ad vitā reuocā-
di: de eis aliter diſponendū erat. Et ita diffiniti-
ua ⁊ irreuocabili ſn̄ia traianꝰ dānatꝰ non fuit. q̄
ſola facit quē dānatuꝫ. Vel d꜡ ꝙ aīa traiani fuit
ſimpl̄r liberata ꝑ abſolutā dei potētiā. Q̄d autē
d꜡ aīas dānatoꝝ iuuari nō poſſe: intelligit̄ ſm̄ le
gem cōem. Vel dicūt alij: ꝙ aīa Traiani non fuit
ſimpl̄r liberata a pena inferni: ſꝫ pena eiꝰ fuit ſu
ſpēſa ad tp̄s: ſcꝫ diē iudicij. Nec tñ oꝫ ꝙ hec fiāt
oībꝰ ꝑ ſuffragia eccl̄ie: q꜡ alia ſunt q̄ legi cōi acce
dūt: ⁊ alia q̄ ſingl̄r ex p̄uilegio alicui ꝯceduntur.
Alij dicūt ꝙ liberatꝰ fuerat a pena ſenſus nō dā
ni. Sed q̄litercūq̄ dicat̄: hec duo ſtabūt. Primū
ꝙ de potētia abſoluta deꝰ poſſet oēs damnatos
btificare. Scd̄ꝫ ꝙ de lege cōi in inferno nulla eſt
redēptio: neq̄ quoad pene oblationē: neq̄ eorū
diminutionē: ⁊ hoc quoad pctā in via nō dimiſ-
ſa. ¶ X Ad penultimū d꜡ ꝙ q̄tuꝫ ad hoc magis
acceptat̄ ſuffragiū ꝓ mortuo q̄ ꝓ viuis in mor-
tali exiſtētibꝰ: q꜡ magis indiget: cū ſibi non poſ-
ſint auxiliari: ſicut viuꝰ pōt. Sꝫ q̄tū ad hoc viuꝰ
eſt melioris ꝯditiōis: q꜡ pōt trāſferri de ſtatu pec

catl mortalis ad ſtatū gratie:qđ de mortuis fieri
nō pōt:ideo nō eſt eadē rō orādi ꝓ mortuis et vi
uis. Et eſt aliqua rō orādi ꝓ viuis exiſtentibꝰ in
mortali:que nō habet locū in mortuis. ¶ Ad vl
timū negetur ꝯña:qꝛ nō eſt ſile. Tum qꝛ dānati pe
na augeri pōt manēte ſua difformi voluntate:qꝛ
punitur citra cōdignū. Sed ea manēte pōt minui
qꝛ vt dictū eſt manēte culpa:pena illi correſpon
dens culpe:nō pōt tolli aut minui ſm diuinā iu
ſticiā:penā pro culpa ordinantem. Sed culpa in
dānatis ſemꝑ manet:ſcꝫ volūtas peruerſa cōtra
deū. Ideo ſicut opus bonū ab alio factū:⁊ ad ſuf
fragiū dānati ordinatū:nō minuit eius penam:
multominꝰ ꝑ opꝰ bonū qđ qs facit nō ꝓ ipſo:ſed
occaſionaliter ex eiꝰ doctrina ipſe iuuari poteſt.
Tum qꝛ pena inſligitur arrioꝑ peruerſa ſua doctri
na:q merito augetur ꝑpter nouū malū ex ea conſe
quēs:ſꝫ ꝑpter ſanā doctrinā quā dānatꝰ reliquit
in terra nō punitur:ergo ex bonis ſequētibꝰ nulla
pena minuitur. ¶ Uel breuiter dr ꝙ ideo nō eſt ſi
mile:qꝛ dānatꝰ eſt in ſtatu in quo pena eiꝰ nō po
teſt minui ꝑpter volūtatis obſtinationē. Poteſt
Obiectio. aūt augeri:qꝛ nūꝙ pōt vſꝙ ad ꝯdignū:ſm iuſti
tiā dei ſtrictiſſimā puniri. ¶ Si dicis: Quis nul
la pena tali remittitur:tñ aliqđ bonū ſibi conferen
Rñſio ad obiectionem. dum eſt ꝑpter bona q̄ occaſione ſuoꝝ ꝑcedētiū
operū fiūt. Sicut beatitudo accidētalis ſancto
rum augetur ꝑpter bonū qđ ex eoꝝ occaſiōe agitur.
Rñdetur ꝙ ſicut merita eterne vite (quibꝰ dānatꝰ
meruit:dū in gr̄a fuit) ꝑ pctm̄ mortale ſuperue
niēs moriuntur:nec aliqđ p̄miū ꝯſequuntur poſt mor
tem in beatitudine:ꝑpter pcti mortalis obiceꝫ:
quē volūtarie obtēdit:⁊ quo impediuntur ne cōſe
quantur beatitudinē:ac p̄mioꝝ ipſis meritis corre
ſpōdere debentiū ſe reddiderūt incapaces: ita ⁊
premioꝝ accidētaliū. Un̄ nullū bonū irremune
ratū:niſi is qui remuneraret deberet:impedimen
tum remunerationis ſpōte ꝑberet:ſicut in ꝑpo
ſito. ¶ Uel pōt dici ꝙ ſi dānatus bona remune
rāda facit:deꝰ futuroꝝ ꝑſcius illa retribuit in p̄
ſenti vita. Un̄ dixit abraā diuiti refrigeriū peten
ti. Fili recor. qꝛ rece. bona in vi. tua. Nō ſic in bea
tis:in quibꝰ radix boni opis manet. ſ. charitas:
ideo ſunt maioris boni capaces. In dānatis aūt
manet iniquitas ⁊ ꝑpetuū dei odiū immobiliter
perſeuerās:ꝑpter qđ capaces ſunt maioris pe
ne:⁊ iuſte ab oī dei ſpeciali dono ⁊ bñficio nouo
cōferēdo ſunt ſecluſi. Unde ꝑceptū eſt miniſtris
parabolice:vt hominē ſine nuptiali veſte ad nu
ptias ingreſſum ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ ꝓice
rent in tenebras exteriores:ꝑ qđ ſignificatur deſer
Modꝰ quo ſuſtineri poſſet ſuffragia eccleſie valere damnatis. tio dānati ab omni ſubſidio ⁊ ſuffragio: ⁊ immo
bilitas in malo. ¶ ꝑ Ponit tñ Alb. vnū moduꝫ:
quo vt dicit ſuſtineri poſſet ſuffragia eccleſie va
lere dānatis:vñ dicit ꝙ vermis cōſcīētie de tribꝰ
remordet. ſ. de pctō a ſeipſo cōmiſſo: ſcđo de bo
no a ſeipſo omiſſo:⁊ tertio de bono cuiꝰ ipſe po
tuit eſſe cauſa vt fieret ab altero. De primis duo
bus:qꝛ p̄terita ſunt:nulla eſt pene mitigatio. De
tertio ⁊ creſcit ⁊ mitigatur. Si em̄ ꝑ malū ſuū cau
ſa eſt mali in alio:totiēs creſcit vermis: quotiēs
creſcit ⁊ dilatatur malū illđ in alijs quos inuoluit.
Si aūt cauſa fuit vt bonū fieret per alios:totiēs
decreſcit vermis quotiēs bonū illud multiplica
tur. Decreſcit:intelligēdo nō q̄tuꝫ ad triſtitiam
vermē cōſequētē q̄ infuit:ſed a triſtitia:q̄ infieret
ſi bonū illđ nō multiplicaretur. Per hoc autē nulla
pena minuitur:ſed aliq̄ pena accidentalis: ne fiat:
impeditur. ¶ Sāctus Tho. etiā tāgit vnū modū q̄
ſuffragia poſſunt ꝑficere dānatis:nō q̄tū ad pe
ne interruptionē vel diminutionē: ſꝫ qꝛ ex hmōi

ſuffragijs:eis aliq̄ doloris materia ſubtrahitur:
q̄ eis adeſſe poſſet:ſi ita ſe abiectos ꝯſpiceret: ꝙ
ſui ꝓ eis nullā curā haberēt:ſꝫ hoc ipſuꝫ beatus
Tho. reprobat:qꝛ ſm cōem legē ibi ſunt ſpiritus
defunctoꝝ:vbi nō vidēt quecūꝙ aguntur aut eue
niūt in iſta vita:vt dicit Aug. in de cura pro mor
tuis agenda. Qđ precipue verū eſt de dānatis: ⁊
ita nō cognoſcūt q̄ñ ꝓ eis ſuffragia fiunt: niſi ſu
pra cōem legē aliquibꝰ dānatoꝝ illud reuelaretur:
qđ oīno incertū eſt. Un̄ tutius eſt inquit: ſimplr
dicere ꝙ ſuffragia non proſint dānatis:nec eccle
ſia intēdit ꝓ eis orare:vt ex autoritatibꝰ inductꝭ
apparet. Cui cōſonat illud Eccl's. ix. Quodcūꝙ Eccl's. ix.
facere pōt manus tua inſtanter operare: qꝛ nec
opꝰ:nec rō:nec ſapiētia:nec ſcientia erunt apud
inferos:quo tu properas. Et tātū de illo dubio.

¶ Lectio. lvij. A



Unc de tertio principali ſcꝫ quibus ſuffragijs ale defunctorum iuuari poſſint:⁊ ſi pluribꝰ que borū magis pro
ſint. ¶ Ad primaꝫ huiꝰ queſtionis partē beatus
Grego. ad Bonifaciū (vt. xiij. q. ij. ale recitatur) q̄ Grego.
tuor ſuffragiorū gn̄a annumerat:ait em̄. Ale de
functoꝝ q̄tuor modis ſoluuntur: aut oblationibꝰ
ſacerdotū:aut pcibꝰ ſanctoꝝ:aut charoꝝ elecmo
ſynis:aut ieiunio cognatoꝝ. Per oblationes ſa
cerdotū miſſe celebratio accipitur. Per orationes
ſanctoꝝ cuiuſlibet boni hoīs: ſiue in patria exi
ſtētis deuota ꝓ defunctis obſecratio. Elecmoſy
na aūt ꝑ quecūꝙ fiat:dr elecmoſyna chari: quia
charus eſt q̄ bñficiū impēdit. Signū em̄ dilectio
nis exhibitio eſt opis:ſm eundē homel. xxx. Sic
a quibuſcūꝙ fiāt ieiunia:aut alie corporis affli
ctiones:cognati ſunt eoꝝ pro quibꝰ fiunt:carna
les vel ſpūales. Dicitur nēpe cognatꝰ quaſi conna
tus:qꝛ vi amoris ei agglutinatur: ⁊ quaſi cōnaſcitur
aīa defuncti tāꝙ veri amici. ¶ Sūt autē hi qua
tuor modi generales:ad quos oēs alij reducun
tur. Unde ad ieiuniū oēs carnis afflictiones: vt
veſtiuꝫ aſperitas:diſcipline:peregrinatio: labor
corporalis:et quecūꝙ ad corporis afflictionem
aſſumuntur ꝑtinēt. Ad elecmoſynas reducuntur oīa
opera mie:corporalia ⁊ ſpūalia. Ad oratione re
ducuntur oīa ſpūalia exercitia:vt meditatiōes ſcte
ſcraꝝ actiōes: theologie ſtudiū ac ꝯtēplatiōes.
Ad oblatiōes ſacerdotū oīa ſacrificia et oblatio
nes:q̄ immediate deo aut cultui diuino ac eccl'ie
miniſtrꝭ applicantur:vt ſunt oblatiōes pecunie:ce
reoꝝ:aīaliū:ornatū:⁊ ſimiliū. Beatꝰ do Aug. in Auguſti.
li. de cura ꝓ mortuis agēda (⁊ habetur. xiij. q. ij. nō
eſtimemꝰ) tria annumerat:omittens ieiuniū co
gnatoꝝ:vñ ait. Nō eſtimemꝰ ad mortuos ꝑ qui
bus curā agimꝰ ꝑuenire:niſi qđ ꝓ eis: ſiue alta
ris:ſiue orationū:ſiue elecmoſynaꝝ ſacrificijs ſo
lēniter ſupplicamꝰ:⁊ ſequitur. Corpori autē huma
no quicqd impēditur:nō eſt preſidiū ſalutis:ſꝫ hu
manitatis officiū:ſm effectū (ait apoſtolum) qꝛ
nemo

Ephe.v.

nemo vnq̃ carnē ſuā odio habuit. Ad hoꝝ intel-
lectū notandū φ (vt docet btūs Tho. in quarto
ſcripto. diſ. xlv. q. vi. arti. i.) ſuffragia viuoꝝ pro-
ſunt defunctis ſm φ vniūtur viuentib⁹ charita-
te: ⁊ ſm φ intētio viuentiū referꝛ ad mortuos. Et
ideo vniuerſa opa pñt ſuffragari mortuis q̄ pti-
nent ad cōicationē charitatis: vel ad directionē
in alterū intentiōis. Ea propter vniuerſa opera
bona q̄ ex charitate fiunt: oīa quoqȝ que ex intē-
tione ⁊ intuitu ſubueniendi (qꝛ quaſi pro illis ex
pſonis defunctoꝝ) fiūt eis pficiūt. Ad charitatē
aūt precipue euchariſtie oblatio ptinet: qꝛ eſt ſa-
cramētū eccleſiaſtice vnionis: cōtinēs illū in quo
tota eccleſia vniꝛ ⁊ ſolidaꝛ ſcȝ xp̄m: vnde euchari
ſtia eſt quaſi quedā charitatis origo ſeu vinculū.
Eleemoſyna vo ad charitatē ptinet tanq̃ ei⁹ effe-
ctus: eſt em̄ precipuus eius effectus. Sic iſta duo
euchariſtia ⁊ eleemoſyna ex parte charitatis pre-
cipue mortuis ſuffragant. ¶ Ex parte vo inten-
tionis in mortuos directe p̄cipue valet oratio: qꝛ
ſm ſuā rōnem nō ſolū dicit reſpectū ad orātē ſi-
cut cetera opa: ſed directi⁹ ad eū p quo oratur.
¶ Jeiuniū vo qꝛ in rōne ſua nō ꝯtinet qđ ad cha
ritatē: vel ad intētionis directionē ptinet: ſȝ hec
ſunt ei quaſi extrinſeca: ppter qđ ēt Augu. nō po
ſuit: iō ad vtrūqȝ pōt reduci. Et qꝛ ex charitate
pōt aſſumi: ⁊ qꝛ corpis afflictiuum eſt: pōt tanq̃
penale opus ſatiſſactoriū pro penis defunctoꝝ
ex eorundē perſonis dño offerri. Et hoc reſpectu
tribus predictis ſm Augu. poſitis annumerauit
Greg. ieiuniū: quaſi ſuffragij genus quartū. Nec
incaſſum: qm̄ cū aīe in purgatorio nō niſi ſatiſſa-
ctorias penas ſoluūt: quib⁹ ſolutis: ſuffragijs nō
indigent: multū iuuanꝛ dū pro eis opus penale
(quale eſt ieiuniū) deo offerꝛ. Op⁹ em̄ penale eo
φ penale ſatiſſactoriū eſt. ¶ Ex his ptȝ rñſio ad
primā partē q̄ōnis: ſcȝ quib⁹ ſuffragijs aīe defun
ctoꝝ iuuari pñt. Unde rñdetur breuiter φ oīb⁹
opib⁹ bonis: nā oīa opa bōa fieri poſſunt ex cha
ritate. Sic etiam oīa opera bona poſſunt eis ap
plicari ex intentionis directione. Pōt em̄ quod-
cūqȝ opus fieri ea intentione: vt proſit ſpiritib⁹
defunctoꝝ. ¶ P Pro rñſione ad ſcđam partē q.
ſcȝ q̄ opera magis proſint liberatiōi defunctoꝝ.
Aduertēdū φ ſuffragia habēt effectū vel ex gene
re opis: vel ex diſpoſitiōe opantis. Ex genere ope
ris illa p̄cipue vel magis ſuffraganꝛ defunctis: in
quibus cōcurrūt plures vel pauciores rōnes de
ſupradictis. Ex operante vero illa magis profi-
ciūt que ex perſona magis accepta (propter ma-
iorem charitatē / aut deuotionem / aut aliā diſpo
ſitionem: ⁊ maius meritū operantis) impēdunꝛ.
Meritū dico vel operātis pſonale vel ecclie to-
tius generale: cuius pſonā operās in ſuo miniſte
rio rep̄ſentat: vt tāgit Sco. in ſuo quodli. q. xx. cir
ca principiū. ¶ Jtē pōt opus ſuffragij valere vel
ex parte operātis principalis tale op⁹ fieri pcu-
rātis: vt teſtatoris: fundatoris vel alterius opus
fieri mandātis; petētis vel ordinātis. Uel ex pte
op⁹ hmōi exequētis: vt teſtamētarij amici fami-
lie opus faciētis ⁊c. Hanc diſtinctionem alij ſic
exprimūt ⁊ in idē redit. Suffragioꝝ quedam pfi-
ciūt ex operāte tātū: alia ex opere opato: alia ſi-
mul ex opere operato ⁊ operāte. Ex operante tm̄
q̄ ex ſola diſpoſitione ⁊ acceptatione agētis acce
ptantur a deo vt ſacrificia ve. teſt. ⁊ opera nō pri
uilegiata q̄ quiſqȝ ex ſpontanea voluntate opera
tur. Ex opere operato q̄ ex ipſo opere exhibito ēt
circūſcripta diſpoſitione operātis quātū ad ei⁹
eſſe acceptū habent ſuū effectū: vt eſt ſacrificium
altaris ⁊ eccleſie ſacramenta; q̄ effectū habent ex

Eucharistia ⁊ eleemoſyna ex parte charitatis precipue mortuis ſuffragantur.

Attēde hāc d ſuffragijs diſtinctionem.

inſtitutione xp̄i: nō ex diſpoſitiōe miniſtri offerē-
tis vel diſpēſantis: de quo. s. lec. xxv. ⁊ in alijs plu
ribus locis. Sic nō eſt impiū ſentire de orone do-
minica: de horis canonicis ⁊ alijs oronib⁹: quas
eccleſia dicēdas inſtituit: q̄ quādā vim accipiūt
ex pte diuini ⁊ eccliaſtici mandati: vt dicit Gerſ.
cancel. pariſ. in trac de orone. Jta ſunt quedaȝ
que effectum ſortiuntur ex priuilegio: vt indulgē
tie vel ſilia. Jtem ſunt opera q̄ etiaȝ valent ex ope
re opato: nō ex ſua inſtōne ſicut ſacrā: ſed ex effe-
ctu ex ipſo opere accidēte: ſicut eleemoſyna pau
perum indigētiā releuāte: ſequiꝛ oratio eorundē
pro aīa defuncti ad deū pro eo cui⁹ intuitu fiūt:
vt dicit beatus Tho. ¶ C Ex his pōt rñderi ad
q̄ōnis partem magis ad particularia deſcendē-
do per aliquas propoſitiones. ¶ Pria. Jnter oīa
mortuoꝝ ſuffragia quātū ad liberationem defun
ctorum: excellit euchariſtie oblatio per manus
ſacerdotū: eccleſie miniſtroꝝ. Hec ppoſitio eſt
de mente Aug. Greg. magiſtri: ⁊ ceteroꝝ: q̄ inter
defunctoꝝ ſuffragia prio loco ponunt altaris ſa
crificiū. Et pōt illud oſtēdi rōnibus ⁊ exēplis. Ra
tione: nā illa magis ſuffraganꝛ defunctis: in qui-
bus principaliores ⁊ plures rōnes ſuffragandi
cōcurrunt: vt ſtatim ſupra dictū eſt. Sunt autem
rōnes ſm ſupradicta charitatis cōmunio: intē-
tionis directio: meritum ⁊ pia ſupplicatio: ⁊ hoc
tam ex efficacia operis operati: q̄ operis operan
tis: ⁊ hoc vel eius qui operaꝛ: vel eius in cui⁹ per
ſona: vel eoꝝ ex quoꝝ perſonis operatur. Oēs
ille ratiōes perfectiſſime cōcurrunt in ſacrificio
altaris. Cū enim ſacrm̄ euchariſtie ſit ſacrm̄ ec-
cleſiaſtice vnionis: ꝯtinēs xp̄m in quo tota eccle-
ſia vniꝛ: ſitqȝ origo quedā ⁊ fomentū charitatis:
vt dictum eſt: manifeſtū eſt φ in effectu huius ſa
crificij oēs cōicāt: qui cū capite xp̄o ⁊ inter ſe per
charitatis vinculum vniuntur. Nam hanc vnio
nem non ſolū ſolidat ⁊ conſeruat: ſed etiā expreſ-
ſe ſignificat: vt dicit Aug. in de ſacramentis fide-
liū: ⁊ allegat magiſter diſt. viij. quarti. Unus pa
nis ⁊ vnū corp⁹ eccleſia diciꝛ: pro eo φ ſicut vnus
panis ex multis granis cōponiꝛ: ſic ecclia ex mul
tis fidelibus charitate copulāte cōnectiꝛ. Hui⁹
vnionis etiā corpus xp̄i ſumptū de virgine eſt ſa
cramentuȝ. i. ſignificatiuum: qꝛ ſicut corpus xp̄i
ex multis mēbris puriſſimis ⁊ immaculatis con-
ſtat: ita ſocietas eccleſie ex multis pſonis a crimi
nali macula liberis aggregaꝛ. Propter qđ etiam
ſacramentū illud cōio nūcupaꝛ: qꝛ eius bñficiuȝ
cōicant omnes ecclie vniti: nō ſolū qui in terris
viuunt: ſed etiā qui trāſierunt: ⁊ q̄ iam beatitudi
nem adepti ſunt: ⁊ qui in via purgatiōis ad eam
tendunt. Unde diſt. ix. quarti: ⁊ hr̄ de cōſe. diſt. ij.
qꝛ paſſus. §. ita dñs noſter. diciꝛ. Nulli ambigen
dū eſt tūc quēq̃ corpis ſanguiniſqȝ dñi partici-
pē fieri: quādo xp̄i mēbrū efficiꝛ: nec alienari ab
illius panis caliciſqȝ conſortio: etiā ſi anteq̃ pa
nē illū edat: ⁊ calicē bibat de hoc ſeculo in vnita-
te corporis xp̄i cōſtitutus abſcedit: qꝛ illius ſacra
menti beneficio non priuatur: qñ ille in hoc qđ
ſacrm̄ illud ſignat inueniꝛ. Jn huius rei teſtimo-
niū hoſtia ſacra in tres partes in altari diuidiꝛ
vt ſignificenꝛ effectū ei⁹ participare: ⁊ qui in bea
titudine: ⁊ qui in purgatorio: ⁊ qui in hoc ſeculo
deliteſcunt: de quo infra latius tractabitur. Nul
lū ergo opus tm̄ prodeſt defunctis per cōionem
charitatis: quātū euchariſtie oblatio que huius
communionis ſignum eſt: fomentum et origo.
¶ D Jn hac etiā oblatiōe intentio dirigiꝛ nō ſo
lū ad viuos: ſȝ etiā ad mortuos. Jntētio dico nō
ſolū miniſtri celebrantis: ſed ecclie vniuerſalis:

que memoriā defunctorū in miſſa fieri inſtituit:
eiuſqꝫ ꝑſonā ſacrificās miniſter gerit. In huius
officij cōmiſſione ſacerdotali ſcꝫ ordinatiōe: dici
tur accipere ptātē offerendi pro viuis ⁊ pro mor
tuis. Eſt ergo nuncius eccleſie ad deū orādo pro
mortuis: quare ꝑſonam repſentat eccleſie ſe mit-
tētis: eſt etiā ibi ratio meriti. Nā ſi ꝓbaꝭ quia
opus aliqꝺ meritorium eſt in eccleſia: ſiue glie:
ſiue grē: ſiue remiſſionis culpe aut pene: poterit
ne aliquid eſſe magis meritorium illo ſacrificio?
In hoc eniꝫ illius vnici ⁊ ꝑfectiſſimi ſacrificij fit
memoria ⁊ inuocatio: per cuiꝰ virtutē çeli aperti
ſunt: gratia daꝭ: per quā ſolā opa noſtra eſſe pñt
meritoria: oim pctā hoim remittūtur: ac celeſtis
gloria noſtro pctō perdita redonaꝭ. Ipſe enim q̄
in hoc ſacrificio patri offertur: clauis eſt Daui-
dis: q̄ claudit ⁊ nemo aperit: aperit ⁊ nemo clau-
Apoca. iij. dit. Apocaꝭ. iij. Ipſe fons gratiarūꝫ ⁊ caput eccle
ſie: de quo ſolo gratia fluit in barbā aarō deſcen-
dens in orā veſtimenti. Pſ̄. cxxxij. De eius nāqꝫ
plenitudine oēs accepimus gratiam pro gratia.
Ioā. i. Ipſe eſt quē deus pater fecit pctm̄ pro no-
bis. ij. Cor. v. Idē ſacrificiū quo olim pctā hoium
expianꝭ. Ipſe eſt ſine cuius vniōe (quā hoc ſacri-
ficium preſtat) nemo gloriā in celo cōſequiꝭ ipſo
dicente. Nemo aſcendit in celum niſi q̄ deſcēdit
Joan. iij. de celo: filius hoīs q̄ eſt in celo. Ioā iij. Nec po-
teſt aut vnq̄ꝫ potuit poſt primi hoīs lapſum opꝰ
aliqꝺ gratum eſſe deo patri ⁊ acceptū: niſi in vtu
te huius ſacrificij veſpertini: in fine huius ſeculi
Ad Col. i. oblati. ad Col. i. Cōplacuit per eū recōciliari om
nia in ipſo pacificans per ſanguinem crucis eiꝰ:
ſiue que in terris: ſiue q̄ in celis ſunt. Et ideo ſa-
cramentū illud ſacrificiū dr̄ ⁊ euchariſtia. Sacri
ficium ꝓpter pctōꝝ remiſſionē: euchariſtia pro-
pter gratie infuſionē. Eſt autē ibi ratio meriti: nō
tam ex operante: q̄ꝫ ex opere: nō enim ſolum effe-
ctum habet expiandi pctā ex celebrantis deuo-
tione: ſed multo magis ex ipſa oblatiōe. i. xp̄o ite
rū in memoriā ſue paſſionis benedicte oblato: q̄
effectus nō minuiꝭ per quācūqꝫ ſacerdotis indiſ
poſitionē: formā ⁊ intentionē eccleſie obſeruan-
tis. Et licet habere effectuꝫ ex opere operato cōe
ſit oībus legis noue ſacramentis: magis tñ huic
appropriatur ſacrificio: in quo vere ⁊ realiter cō
tinetur xp̄s: ſacerdos ⁊ ſacrificiū: ſeipm̄ patri re-
preſentās: ⁊ pro nobis offerēs in holocauſtū: vt
deducit apl̄s ad He. ¶ In hoc quoqꝫ ſacrificio
eſt ratio pie ſupplicatiōis: nam in eo fiunt expreſ
ſe oratiōes pro defunctis: ⁊ ſpecialiter cōmiſſis:
et generaliter ꝓ vniuerſis: vt patet ex premiſſis.
¶ Hec autē oratio ⁊ ſupplicatio que fit in miſſe
officio: ceteris omnibus efficacior eſt: qm̄ fit in
ꝑſona nō tantū ſacerdotis (vt dictum eſt) ſꝫ etiā
ſpecialiter ex perſonis eorum qui miſſam ipſam
celebrari ordinauerūt: ſit defunctus ipſe dum vi-
xit: ſint teſtamētarij: ſint amici: ſint circūſtantes:
ſint offerentes. Generaliter vero ex perſona to-
tius eccleſie ſponſe chriſti vnice: cuius oratio re-
pulſam non patitur. Ex oium borū deuotione ⁊
merito efficaciā ſuaꝫ colligit oratio celebrantis.
¶ Preterea ſi aliqua oratio priuilegiata eſt ſm̄
predicta: vel q2 a xp̄o inſtituta: aut q2 ab eccleſia
ordinata: nihil ita ſicut miſſe officium priuilegia
tum eſſe cōſtat. Hoc em̄ quo ad eſſentialia a ſolo
xp̄o inſtitui potuit: ⁊ quātū ad ſuperaddita: vcꝫ
cerimonias: orationes: ⁊ cetera: ab eccleſia noſci
tur ordinatum. Nihil ibi ſonat a ſacerdote ſua
ſpōte dictatū: ſed verba xp̄i in euangelio: in cōſe-
cratione ⁊ dñica oratione: in ceteris verba profe
rūtur eccleſie. Nō em̄ debet ſacerdos verba ſua
miſcere: aut de ſuis addere: aut de inſtitutis mi-
nuere: ſed verba xp̄i ⁊ eccleſie in eius perſona: in
tegre: ſollicite ⁊ deuotiſſime perſonare. ¶ Deni-
qꝫ quicq̄d poterit deuotio celebrātis cooperari
in hoc maxime officio exhibetur. Nā q̄ ad hoc of
ficiū celebrans vel circūſtans indeuotū ſe exhi-
bet: vbi rogo deuotꝰ apparebit? Totiꝰ em̄ eccle-
ſie deuotio in hoc officio colligiꭍ: nutriꭍ ⁊ augeꭍ:
vt bene declarat Sco. in. iiij. di. viij. q. i. ¶ E Poſ
ſet et̄ exēplis plurimis miſſe efficacia in ſubueniē
do defunctis oſtēdi: quoꝝ nonnulla recitat beūs Gregorius
Greg. lib. iiij. dial. c. liiij. ⁊. lvi. ⁊. lvij. ⁊ aliis q̄ relin
quo ꝑdicatoribꝰ inq̄renda. Rōnem aūt efficacie
idē Greg allegato. c. lvij. ponit: q2 hec ſingulari-
ter victima inquit: ab eterno interitu ſaluat: q̄ no
bis mortē vnigeniti per myſteriū reparat: qui li-
cet ſurgens a mortuis nō moriꭍ: ⁊ mors ei vltra
nō dominabiꭍ: tñ in ipſo imortaliter ⁊ incorrupti
biliter viuens: iterū ꝓ nobis in hoc myſterio ſa-
cre oblationis imolaꭍ. ¶ Sed circa hoc occurrit Dubium
duplex dubiū. Primū vtrū ad aīe liberationē tā- primum.
tūdem valeat miſſa a quocunqꝫ ſacerdote bono
vel malo celebrata. Scd̄o vtrū interſit aliq̄d qua Scd̄m du-
le officiū dicatur. Requiē vcꝫ: vel aliud de noſtra bium.
dña: aut de paſſiōe dñi: aut ſancto aliquo. ¶ Ad
primū ꝑſuppoſitis his que. ſ. lec. xxvi. dicta ſunt Rñſio ad
reſpondetur breuiter q̄ quātū eſt ex opere opera primū du-
to: tantūdem valet miſſa ad liberationem defun bium.
ctoꝝ: ſiue a bono ſacerdote celebreꭍ: ſiue a malo.
Malum dico qui in mortali peccato de quo non
penitet irretitur. Sacramenta enim nō ex mini-
ſtro: ſed ex inſtitutione chriſti ſuā habent effica-
ciam: vt ſupra dictū eſt. Ideo dum miſſa rite per-
ficitur: fructus quem ex vi ſacramēti operaꭍ: nec
minuitur: nec aufertur dicente beato Auguſt. in Auguſti.
li. de corpore xp̄i. In myſterio corpis ⁊ ſanguinis
dñi: nihil a bono maiꝰ: nihil a malo minꝰ perfici
tur ſacerdote. ¶ Quantum vero eſt ex parte ope
ris operantis (et hoc vt gerit perſonam eccleſie:
vel vt eſt inſtrumentum motum per aliū ad cele-
brandum: q2 vt ſic non gerit ꝑſonā ſuā: ſed perſo
nā eccleſie vel ordinantis miſſam) non impedit
malicia ſacerdotis plus q̄ꝫ cuiuſlibet alterius nō
celebrantis: ſic enim fructus miſſe colligiꭍ ex me-
rito eccleſie: reſultāte ex membrorum deuotione:
vel ſpecialiter eius qui ordinat miſſam celebra-
ri: de quo late dictū eſt lectione. xxvij. circa princi
piū. In quātū vero gerit ꝑſonā ſuā ꝓpriam: malꝰ
ſacerdos celebrādo parū vel nihil proficit defun
cto. Sic em̄ locū habet verbum Grego. in paſto. Gregorius
etiā ſupra allegatū ⁊ expoſitū. Si is qui diſplicet
ad intercedendum mittitur: irati animus ad de-
teriora prouocatur. Unde ⁊ qui ſcienter malum
ſacerdotem in ſua malicia perdurantem ad cele-
brandum induceret: haud dubiū grauiter pecca
ret. Non tñ leuiter quiſq̄ꝫ iudicandus eſt malus
cū duodecim ſint hore diei: in quarū ſingula pec-
cator pōt per pniam conuerti: ⁊ interior cōuerſio
ac iuſtificatio nobis ſit occulta. Bonus vero ſa
cerdos deuote celebrans multum cooperaꭍ libe-
rationi anime defuncte: qm̄ ſi multum valet ora-
tio iuſti aſſidua: ſm̄ ſententiam Iaco. apl̄i: etiam Iaco. v.
vbicūqꝫ fiat: quātū magis q̄n fit in miſſa: ⁊ tanto
iungitur ſacramēto? Ideo ceteris paribus ⁊ ſeclu
ſo puſillorum ſcandalo: magis optanda eſt ⁊ pro
curanda miſſa boni ſacerdotis ⁊ deuoti: q̄ꝫ ſuſpe
cti ⁊ vagi. Hec ſunt de intentione doctorū: beati
Tho. in quarto ſcripto diſt. xlv. q. iiij. ar. ij. ⁊ diſt.
xiij. q. i. ar. v. ſimiliter Scoti diſt. xiij. quarti. q. ij. Duo ſunt
prope finē. ¶ f Ad ſecundū diciꭍ q̄ in miſſa duo in miſſa.
ſunt: ſcꝫ ſacrificiū ⁊ orationes. Sacrificiuꝫ qꝺ eſt
precipuū

pꝛecipuū in miſſa: idē eſt in oībus miſſis q̄cūqꝫ
officia dicant. Ideo ex hac parte idē valet defun-
cto quodcunqꝫ officiū dicaꝛ: ſiue requiē: ſiue de
noſtra dn̄a. Sed quātū ad oꝛationes: ille vidētur
efficacioꝛes ꝑ quas magis excitaꝛ deuotio oꝛan-
tis: ⁊ intentio magis dirigiꝛ ad eos pꝛo quibus
oꝛaꝛ. Et qꝛ in officio requiē orones ⁊ laudes ibi
dicēde expꝛeſſe ſonāt ꝓ defunctis: nō ſic in alijs:
ideo ex hac ꝑte officiū requiē videꝛ plus valere.
Pōt tn̄ ex parte deuotionis excitāde plus valere
officiū de dn̄i paſſiōe: aut de noſtra dn̄a: aut alio
ſctō: ad quē celebrās vel miſſam dici ꝓcurās ma-
ioꝛem hꝫ deuotionē. Silr ꝓpter itercessionē ſan-
cti de quo miſſa dr: ⁊ q̄ ad ſubuētionem defuncti
ſuppliciter imploꝛaꝛ: pōt miſſa de ſancto magis
valere defuncto. Reducunꝛ etiā ad ſacrificiū ob-
lationeꝫ cetera que pꝛo defuncto offerunꝛ ad dei
cultum pertinentia: vt oleū: cerei thura: vel cete-
ra q̄ ad cultus dei ⁊ eccleſiarū oꝛnatū offerūtur.
Hinc Damaſce. in ſermo. de moꝛientibꝰ: docet (*Damaſce.*)
cereos oleū: ⁊ hmōi ꝓ defunctis offerri. Dū eniꝫ
cerei circa altare: feretrū aut tumulos incendun
tur: ex pſona defunctoꝛū xp̄m verū lumē ⁊ eternū
eiuſdēqꝫ fidē: q̄ lumē eſt intellectꝰ viatoꝛis: ꝓfite
mur. Dū thura incendimus: ex eoꝛū pſona xp̄m
vna cū patre ⁊ ſpirituſctō vnū ſolū deū verū ado
ramus. Dū aquā benedictā ſpargimꝰ: demones
ne oꝛationes fideliū impediāt: ⁊ ne coꝛpoꝛibꝰ il-
ludant: fugamus. Sic quecūqꝫ ad altare offerun
tur: ſiue in pecunia: ſiue in alijs eſculētis: poculē
tis ac ceteris vel ad ꝯteſtationē fidei: vel cōionis
tanti ſacrificij: vel ad ſubſtētationē miniſtroꝛum
altaris ⁊ eccleſie: plurimū valere aīabus fideliūꝫ
dinoſcunꝛ. Unde vt allegatū eſt. s. Judas macha
beus pecunias miſit hieroſolymā offerri ꝓ pctis
defunctoꝛū. Et ita quecūqꝫ taliū ad honoꝛē dei
ſm ritū eccleſie ꝓ defunctis offerunꝛ: aut agun-
tur: ad oblationeꝫ ſacrificij reducunꝛ. ¶ G Pꝛo-
poſitio ſecunda. Poſt ſacrificij oblationē multū
pꝛodeſt pꝛo defunctis exoꝛare: ac deuotas pꝛeces
fundere: maxime eas que fiunt in perſona eccle-
ſie: aut que ſunt pꝛiuilegiate: vt ſupꝛa dictum eſt.
Similiter ⁊ meditationes ſancte pꝛo defunctis
aſſumpte: ſtudiū theologie: p̄dicationes: ſacra-
mentoꝝ participationes: eucharistie: penitētie ⁊
alioꝝ. Sicut ⁊ quecunqꝫ meritoꝛia opa poſſunt
quātū ad meritū defunctis applicari: pōt enim
quilibet meritūꝫ ſuū vndecūqꝫ acquirat aīabus
fideliū impertiri: vt infra dicetur. ¶ Pꝛopoſitio
tertia. Dehinc plurimū valēt eleemoſyne tā coꝛ-
poꝛales q̄ ſpūales: ⁊ ille non tantū ex dantis de-
uotione: ſed etiam ex pauperū quibus impendū
tur: ſuffragijs ⁊ oꝛatione. ¶ Pꝛopoſitio quarta.
Ualent demū ieiunia: diſcipline: peregrinatiōes
⁊ quecūqꝫ coꝛpoꝛis afflictiua ꝓ defunctis aſſum
pta: qꝛ eo ꝙ ſunt penalia: ſunt ꝓ pena defunctoꝝ
ſatiſfactiua. Pena nāqꝫ penā ſoluit: minuit: ⁊ ſi
ſufficit: totaliter liberat. Et tātū de illa queſtiōe.
¶ H Ad quartam pꝛincipalem. q. Utrū indulgē
tie pꝛoſint defunctis. Nō querit hec queſtio de
indulgentijs quas defunctus cōſecutus eſt dum
vixit: de his enim dubiū nō eſt quin plurimū pꝛo
ficiant. Ipſe enim ſunt que tollunt penā peccatis
debitam; quoꝛū debito ſublato non remanet in
purgatoꝛio pena ſoluenda. Sed de indulgentijs
quas viui defunctis amicis impetrant: vel conſe
qui nitūtur. Gratia exēpli. Papa oībus ꝯtribuē-
tibꝰ tm̄ ad huius eccleſie fabricā cōcedit relaxa-
tionē triū annoꝛū: vel partē ſatiſſactionis aut to
tius eſt queſtio: ſi q̄s cōtribuit pꝛo patre ſuo: vtꝝ
pater defunctus participet hmōi indulgentias.

De iſto ſunt opi. apud doc. beatus Tho. in quar (*Opinio beati Tho*)
to ſcripto diſt. xlv. q. vi. art. ij. tenet partē affirma
tiuam: tn̄ ſub quadā diſtinctione: quem ſequitur
Aug. de anchona. ⁊ Antonius parte. iij. ti. xxiij. ⁊
plures alij. ¶ Diſtinguit igitur: quia indulgētie (*Indulgētie poſſūt fieri ſub duplici foꝛma.*)
poſſunt fieri ſub duplici foꝛma. Uno modo lar-
giuntur illis qui certū opus pietatis implent: vt
qui viſitat eccleſiā ſcti petri: habebit tales indul
gentias. Aliqn̄ etiā extēdunꝛ ꝓ illis ꝓ quibꝰ fit ta
le opus: vt ſi hec ſit foꝛma: quicūqꝫ hoc opus pie
tatis facit: ipſe vel aliꝰ pꝛo quo facit talē remiſſio
nē cōſequiꝛ. Pꝛimo mō indulgētie non pꝛoſunt
defunctis: qꝛ nō pn̄t opera pietatis facere ꝓ qui-
bus indulgentie ſub tali foꝛma emanantes cōce
duntur. Nec viuus tale opus ꝑficiens: pōt fru-
ctum indulgentiarū in alios trāſferre: qꝛ eius nō
eſt applicare ad aliquid intentionem eccleſie per
quaꝫ cōicanꝛ cōia ſuffragia theſauri ſpūalis: vn
de indulgentie vigoꝛem habent. Hec em̄ appli-
catio ad papā ꝑtinet: ⁊ eccleſie pꝛelatos: potētes
concedere indulgentias. ¶ Scd̄o mō pꝛoficiunt
defunctis: ſi opus pietatis pꝛo quo date ſunt in-
dulgentie: per facientē moꝛtuis applicaꝛ. Illa em̄
applicatio fit ſm intentionē cōcedentis. Nō em̄
eſt aliqua ratio ait Tho. quare eccl'ia poſſit trāſ
ferre merita cōia quibꝰ indulgētie innitunꝛ ad vi-
uos ⁊ nō ad moꝛtuos. Adducit ad hoc rōnem: qꝛ
meritū totiꝰ eccleſie eſt efficaciꝰ merito vnius ꝑ-
ſone: ſed meritū perſonale ſuffragaꝛ defunctis;
vt dictum eſt: ergo multofoꝛtius eccleſie meritūꝫ
cui innitunꝛ indulgentie. Item indulgentie pꝛo-
ſunt exiſtentibus de foꝛo eccleſie: ſed exiſtentes
in purgatoꝛio ſunt de foꝛo eccleſie: alioquin ec-
cleſie ſuffragia eis nō ꝓdeſſent. Item cōſuetudo
eccleſie dū facit pꝛedicare crucem: cōcedit ꝙ aſſu
mens crucē hꝫ indulgentias etiam pꝛo duabus
vel tribus aliqn̄ pꝛo decēm aīabus tam viuoꝝ q̄
moꝛtuoꝛū: qd̄ eſſet deceptio niſi moꝛtuis pꝛodeſ-
ſent. ¶ Alia eſt opinio Hoſtien. ꝙ indulgentie (*Opinio Hoſtiēſis.*)
ex vi indulgentie non valēt defunctis: cū nō ſint
de foꝛo eccleſie. Nam foꝛum eccleſie ligādi ⁊ ſol-
uendi: tantū extendit ſe ad viuētes in terris: dicē
te dn̄o / Petro. Quodcūqꝫ ligaueris ſuꝑ terram: (*Mat. xvj.*)
erit ligatum ⁊ in celis: ⁊ quodcūqꝫ ſolueris ſuper
terram: erit ſolutum ⁊ in celis. ¶ Et dicitur notā
ter ex vi indulgentie: qꝛ opera illa bona pꝛo qui-
bus indulgentie cōceduntur: pn̄t valere defun-
ctis; ſicut alia opera bona ⁊ meritoꝛia: ſi eis ap-
plicantur: nō tn̄ plus valent pꝛopter indulgētias
nec minus q̄ ſi nulle indulgentie eſſent conceſſe.
¶ Et arguunt ad inconueniens: qꝛ ſic papa poſ-
ſet liberare quēcūqꝫ vellet de purgatoꝛio: immo
dando plenarie remiſſionis indulgentias: poſ-
ſet euacuare totū purgatoꝛiū. Semꝑ etiā inueni
ret cauſas rationabiles ita pꝛo defunctis ſicut
pꝛo viuis: puta beneficia ⁊ auxilia impendenda
neceſſitatibus eccleſie cultui diuino augmentā-
do: hoſpitalibus pauperibus: ⁊ ſic de alijs q̄ re-
putantur cauſe ſufficientes indulgentias largiē
di. ¶ Item tunc eccleſia ⁊ papa negligenter age-
rent in tam crebꝛis indulgentijs tempoꝛibus no
ſtris conceſſis: nō extendendo illas ad animas
defunctoꝛum: per conueniētes clauſulas bullis
inſerēdas. De qua tn̄ tanq̄ de pia matre pꝛeſu-
mendum non eſt: ꝙ ita obliuioni traderet filios
ſuos defunctos: maxime cū nō eſſet certioꝛ mo-
dus liberandi aīas a purgatoꝛio: q̄ per indulgē
tias plenarias. Sicut em̄ viuus qui conſequitur
indulgētias plenarie remiſſionis (ſi moꝛitur ſine
recidiua) euolat: vt dicunt doctoꝛes. Ita defun-
ctus tentus in purgatoꝛio ſi pꝛo eo quis indul-

gentias plenarie remiſſionis conſequeref: ſimpliciter liberaref. Stulte igitur tãti ſumptus fierent in exequijs: ac labores in ſacrificijs: orationib⁹: elemoſynis: ieiunijs: quorũ quãtitas effectuũ incerta eſt: cũ per impetrationẽ indulgẽtiarum certe liberari poſſent ⁊ euolare. ¶ Item in omni genere ſuffragiorum apud beatũ Aug. vel Grego. nulla fit mentio de indulgentijs. Cui hec opinio Hoſtien. placet: poſſet reſpondere ad rationes beati Tho. Ad primã q̃ querit rationem quare merita cõia eccleſie per indulgentias pñt a papa trãſferri ad viuos ⁊ nõ ad mortuos. Dicif ꝙ ratio eſt: q: hec trãſlatio nõ fit niſi rõne poteſtatis clauium iuriſditionis ſpũalis. Hec autem data eſt tm̃ quoad viuos ſuper terrã: non quoad defunctos qui ſunt extra eccleſiã militantẽ ⁊ eius iuriſditionẽ. Nõ ergo extẽdit ſe vltra reſtrictionẽ qua a dño qui eã dedit reſtricta eſt. ¶ Et per hoc ptʒ ſolutio ſecundi: lʒ enim meritũ totius eccleſie ſit efficacius merito vnius pſone: tñ meritũ cõe eccleſie non eſt ita in poteſtate: ſicut meritũ perſone quantũ ad ſatiſfactionẽ eſt in poteſtate facientis: nã opus ſatiſfactoriũ pſonale: eſt i poteſtate perſone facientis tanꝙ ſuũ: ideo põt illud reſeruare ſibi vel dare alteri cui maluerit: viuo vel defuncto. Sed meritũ cõmune eccleſie: cui innituntur indulgentie: eſt in poteſtate pape ex cõmiſſione xpi quantũ ad ei⁹ diſpenſationẽ q̃ limitata eſt tm̃ ad viuos. ¶ Ad tertiũ dr ꝙ defuncti non ſunt de foro eccleſie militãtis: nec ſequif qꝺ ideo eccleſie ſuffragia eis nõ ꝓſint: q: illa ſuffragia que proſunt ſunt perſonalia merita: lʒ aliqua facta ſint in perſona eccleſie. Illa aũt vt dictũ eſt poſſunt transferri in viuos ⁊ defunctos: q: pſonali merito põt quis ſatiſfacere pro eo q̃ non eſt de foro ſuo: aut de eodem de quo ipſe eſt. Nõ aũt iudex vt talis ſoluere vel ligare poteſt eũ qui nõ eſt de ſuo foro. De hoc qꝺ additur de cõſuetudine eccleſie in predicatione crucis ⁊c. Dico quod nõ conſtat de hoc modo: nam ⁊ cõtra turcos noſtris diebus etiam cõtra bohemos crux predicata: eſt: ſilr pleniſſime indulgẽtie in reductiõe grecorũ tpe cõcilij Baſilieñ. Itẽ in anno iubileo tpe Nicolai pape anno ⁊c. M. cccc l. Et nullibi appoſite ſunt cõditiões per quas extẽderef ad purgãdos in purgatorio. Exiſtimo aũt ꝙ in caſu hui⁹ dubij eſſet neceſſaria determinatio ecclie.

¶ Circa hanc indulgentiarum materiam defunctis applicandarum ſequitur additio neceſſaria que nunc ſuo loco hic adiuncta eſt: ꝙꝙ non abre collector ⁊ poſt ipſum impreſſor in fine huius operis primaria impreſſione eã annexuerint: cuius tenor is eſt.

R



Attẽde per diligenter hãc de indulgentijs materiam.

CUm in lectione quinquageſimaſeptima tractarẽ de indulgentijs: inqrens vtr indulgẽtie ꝓſint aiabus defunctorũ: recitatis opinionib⁹ cõtrarijs doctorũ: in ſolutionibus rõnũ pro opi. tenentiũ partem q. affirmatiuam: contra Hoſtiẽ. qui tenet partẽ negatiuã. Rñdẽdo ad rõnes beati Tho. dixi nõ cõſtare de hac cõſuetudine eccleſie: dũ ſcilʒ predicat crucẽ ꝙ aſſumens crucẽ ꝓ certo numero aiarum aſſequif remiſſiones plenarias pctõꝝ. Preſertim q: noſtris tpibus cõtra bohemos tpe martini pape quinti: ⁊ cõtra turcos tpe Pij ſecũdi predicata ſit crux: ſilr tpe cõcilij Baſilieñ. pro reductione grecorum. Et anno dñi. M. cccc l quo fuit iubileus magnus: date ſunt indulgentie pleniſſime remiſſionis: que tñ ad aias defunctoꝝ extenſe nõ ſunt. Dũ itaqȝ illa ſcripſi: nõdũ venerat ad man⁹ meas declaratio dñi Sixti pape nouiſſime de medio ſublati: q̃ declarat indulgentias ꝓficere ꝑ modũ ſuffragij etiã animabus in purgatorio exiſtentibus: dũ ad ipſas per ſummũ pontificem expreſſe extendũtur. Hinc ⁊ modernus pontifex dñs Innocentius octauus indulgentias huiuſmodi olim per Pium ſecundum ⁊ Sixtũ prefatũ: viſitantibus eccleſiã Xantonenſem: ⁊ fabrice eius contribuentibus ad animas in purgatorio redimẽdas per modũ ſuffragij: extenſas: etiam ad contribuentes ad ſanctam cruciatam contra turcos extendit. Similiter Calixtus papa tales indulgẽtias dedit in hiſpania eccleſie tyraſinenſi. Sic ⁊ Paſcaſius quintus dedit indulgentias plenarias per modũ ſuffragij animabus in purgatorio: quas vndecim ſummi pontifices confirmauerũt: vt legitur in litera autentica: in introitu capelle eccleſie ſancte Praxedis de vrbe: in qua cõtinetur colũna: ad quã ſaluator noſter in domo pilati ligatus fuerat et flagellatus. ¶ Et fuit data indulgentia ſub hac forma. Quicunqȝ celebrauerit vel celebrari fecerit quinqȝ miſſas pro aia parentis vel amici exiſtentis in purgatorio: dictus Paſchaſius dat remiſſionẽ plenariã ꝑ modũ ſuffragij tali aie. Et ibi habetur ꝙ dictus Paſcaſius poſt mortem cuiuſdã ſui nepotis: dictas quinqȝ miſſas pro aia nepotis ſui in ipſa capella celebrauit: et poſt celebrationẽ quinte miſſe: dũ eſſet adhuc in altari: apparuit ſibi ſupra altare in teſtudine feneſtre: que eſt ante altare virgo maria viſibiliter extrahens nepotis aiam a purgatorio. Hec autẽtice ſcripture leguntur in introitu dicte capelle. ¶ Iteʒ ſummi põtifices dederũt plenarias indulgẽtias ꝓ aiabus in purgatorio: viſitantib⁹ eccleſiã bti Laurẽtij extra muros vrbis: in hũc modũ. Quicũqȝ ſingulis quatuor ferijs totius anni, dictã eccleſiã deuote viſitauerit: ꝓ aia patris: aut alterius exiſtẽtis in purgatorio: dicti ſummi pontifices dant remiſſionẽ plenariã aie ꝑ modum ſuffragij: pro qua eccleſia ipſa modo predicta eſt viſitata. ¶ Et quod frequenter repetitum eſt: per modũ ſuffragij: non eſt intelligendũ: quaſi modus ſuffragij tollat efficaciam indulgentiarum: ita ꝙ opus illud pro quo danf indulgentie factum pro aiabus: nõ plus valeat aiabus: ꝙ ſi idem op⁹ vel ſuffragium factum eſſet pro eis: nullis indulgentijs adiunctis: ſicut quidam intelligere voluerũt. Si eñ fruſtra daref indulgẽtia ꝓ aiabus: nihil eñ ꝓficeret: nec aliqd ſuffragio impẽſo ſuperadderet: ⁊ ꝑ hmõi indulgẽtiarũ cõceſſionẽ ppls decipere: qꝺ de ecclia ⁊ de ſede aplica eſt nullatenus preſumendũ. Sed qꝺ addif ꝑ modum ſuffragij: excludit modũ iudiciarie ptãtis: q̃ dicit iudicialẽ abſolutionẽ ⁊ pene debite in aliã penam volũtarie ac deuote aſſumptã cõmutationẽ. Et ille modus iudiciarie autoritatis: tñ hʒ locũ in viuis: q̃ iudicialiter abſoluunf: ⁊ qb⁹ pena debita in alia volũtarie: ab eis ac deuote aſſumptã cõmutatur: ⁊ vt vult, Alexan. de ales parte. iiij. q. lxxiiij. membro. v. ⁊ poſt eũ ſctũs Bonauẽ. i. iiij. diſt. xx. q. v. Alexã. de ales.

Vni

Uiui eñ dũtaxat aſſumunt voluntarie opus illđ
vt puta peregrinationẽ:eleemoſynam:orationẽ:
contributionem ad opus ſalutare:vel aliđ hmõi
pro quo dantur indulgentie. Cũ aũt hmõi opus
defuncti adimplere nõ poſſunt: dũ illud fit ꝓ eis
ab alio:iam opus alterius ſuffragatur eis vt poſ
ſint conſequi indulgentias nõ minus ꝗ̃ ſi ipſi ꝑ
ſe opus illud impleuiſſent. Et ita indulgentie ꝓ-
ficiunt eis per modũ ſuffragij.i. ꝓpter aliqđ opꝰ
ab alio factum:⁊ eis per modũ ſuffragij applica-
tum. Sicut cum papa dat indulgẽtias oĩbus cõ-
tra infideles pugnantibus:aut pugnatorem pro
ſe mittẽtibus:tunc indulgẽtias pugnantes aſſe-
quũtur per modũ autoritatis iudiciarie:⁊ mittẽ-
tes per modũ ſuffragij : quod maxime verũ eſt: ſi
eſſet aliquis pauper non habẽs ſuis expẽſis mit-
tere:⁊ alius ſuus amicus pro paupere ſine pau-
peris noĩe mitteret:iam pauperi proficerẽt indul
gentie per modum ſuffragij pro quãto opus pro
quo indulgentie conceſſe ſunt: ſibi per modũ ſuf

Sctũs bonauen.

fragij applicatũ eſt. ¶ Uñ dicit ſctũs Bonauẽ.
Si quis ꝯtendat vicariũ ieſu xp̃i habere iudicia
riã poteſtatẽ ſuꝑ eos qui ſunt in purgatorio:non
eſt ei multũ reſiſtendũ : dũmodo hoc dictet rõ vl̃
autoritas manifeſta. Sana eñ fide hoc tenendũ
eſt: ꝙ dñs ſuo vicario plenitudinẽ ſue ptãtis con
tulit: ⁊ tantã quantam decebat puro hoĩ dari ad
edificationẽ corporis ſui:qđ eſt ecclia. Hec Bo
nauen. Cui alludit autoritas Chryſo. ſuper illud

Matt.xvi.

Matt.xvi. Tibi dabo claues regni celorum:quaꝫ
allegat Alex.vbi.ſ. Homini mortali celi ⁊ terre ⁊
omniũ que in eis ſunt:ꝯmiſit poteſtatẽ deꝰ: ⁊ ec-
cleſiam validiorem celo demonſtrauit. Et ſubdit

Alexan.

Alex. Ex hoc patet ꝙ in collatiõe clauiũ maxima
fuit ſummo pontifici collata ptãs. Et probabilr
vel veriſſime preſumitur: ꝙ theſaurus ecclie eſt
in illius poteſtate. Et ꝙ illis qui ſunt in purgato
rio:q2 rõne charitatis in qua deceſſerũt:ſunt ido
nei ad beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ ſuſceptionẽ: põt
illis beneficia cõicare:⁊ ſic poteſt illis facere idul-
gentiã ⁊ relaxationes. Hec Alex. ¶ Hãc ergo ſen
tentiã aſſerentẽ indulgẽtias proficere aĩabus in
purgatorio: per modũ ſuffragij eo mõ quo ſupra
in prima opinione recitatũ eſt lectionis huiꝰ nõ
tã velut opinionẽ:ſed ſniam certam amplecti de-
beri exiſtimo. Tum propter pluralitatẽ doctoruꝫ
eã aſſerentiũ:ſcꝫ Alexã. de ales:ſcti Bonauẽ. btĩ
Tho. Egidij: Durãdi. Pe. de tharantaſia: Rich.
de me.vil. Tho. de argẽtina ⁊ alioꝝ plurimorum.
Tũ maxime ⁊ ꝑncipaliter ꝓpter determinationẽ
ſummoꝝ põtificũ prioꝝ ⁊ modernoꝝ. ¶ Et iõ re-
ſtat rñdere rõnibꝰ ⁊ motiuis ꝓ oppoſita opi. ad
ductis lec. preſenti:⁊ ibidẽ nõ ſolutis. ¶ Ad
primã q̃ arguit ꝙ aĩe in purgatorio nõ ſunt de fo
ro eccleſie ligãdi ⁊ ſoluẽdi : hoc eñ ſolũ extẽdit ſe
ad exiſtentes in terra ⁊c. Rñdetur ſm Alex. ꝙ ſu-
per terrã eſſe dñr quãtũ ad ſolutionem ⁊ ligatio-
nẽ:quouſqꝫ fiat reductio ſiue ingreſſus in regnũ
vt pote dũ aĩe tpalibus ⁊ terrenis iuuãtur ſuffra
gijs. ¶ Itẽ aĩe in purgatorio dñr eſſe ſuper terrã
q2 ſunt de ecclia militãte ⁊ nõ triũphãte. Et ſicut
hi q̃ ſunt in terra:ſunt in via ⁊ nõ in termino: ita
exiſtẽtes in purgatorio ſunt in via ⁊ nõ in termio
Sũt eñ in trãſitu ad patriã quantũ ad purgatio
nẽ qua purgant̃ per penã:ꝑ quã velut ꝑ viã tran-
ſeũt ad patriã:lꝫ ſint in termino quãtum ad ꝯfir-
mationem: q2 ampliꝰ peccare nõ pñt nec mereri.
Etiã ſi cõcedit̃ ꝙ nõ ſunt ſupra terrã ſimplr̃ ſunt
tñ ſuꝑ terrã quãtũ ad abſolutionẽ a penis (quia
hoc meruerũt exiſtẽtes ĩ terris) a qua diſceſſerũt
in charitate: vt ſcilicet illis indulgentie ⁊c. appli-
cari poſſint ecclie ſuffragia. Sunt ergo in terris
quantũ ad ſuffragia eccleſie: ⁊ indulgentias que
eis cõmunicari poſſunt. Et ita ſunt de foro ecclie
ratione meriti quo meruerunt in terris vt iuuari
poſſint: licet ſm ſtatum p̃ſentẽ nõ ſint de foro ec-
cleſie ad aliquid de nouo merendũ vel demeren-
dum. ¶ Item ſunt de foro ecclie ꝓpter delictum.
Nã quilibet reus ſortit̃ foꝝ rõne delicti quocũqꝫ
ſe transferat:etiã extra locũ in quo ꝯmiſit delictũ
remanet ſemper quãtũ ad delictũ ſub iuriſditio-
ne dñi in cuius dñio deliquit: ad quẽ ſpectat cuꝫ
propter tale delictum punire vel penã remittere.
iij.q.vi.c.vlt. ſcilicet qui crimen. Et ideo põt pa-
pa remittere penã exiſtentibus in purgatorio:de
bitã peccatis in terra cõmiſſis:nõ tñ poteſt ſimi-
li ratione abſoluere exiſtẽtes in inferno : a penis
peccatorum in terra ꝯmiſſorũ : quia illi non ſunt
capaces remiſſionis: q2 charitate nudati in pec-
catis ſunt obſtinati:manente aũt pctõ in volun-
tate:non põt tolli pena pctõ debita. Uel dicũtur
eſſe ſuꝑ terram quantũ ad forum mie:⁊ ſi nõ quo
ad foꝝ iuſticie. ¶ Item quia virtute clauiũ ecclie
dum exiſterent ſuꝑ terrã: fuerũt obligati ad ſuſti
nendũ penã tpalem:hic vel in purgatorio ſoluen
dam: in quã ĩ ꝯfeſſiõe fuit eis ꝯmutata pena eter
na. Ideo lꝫ nũc nõ quoad oĩa ſint de foro eccleſie
tñ quantũ ad abſolutionẽ pene: ſunt de foro ec-
cleſie:⁊ poſſunt ſolui de theſauro ecclie. ¶ Nõ Qui
dam etiã tractantes autoritatẽ xp̃i. Quodcunqꝫ

Attẽde duplicẽ ſenſuꝫ autoritatis xp̃i. Qđcunqꝫ ſolueris ſuꝑ terram ⁊c.

ſolueris ſuper terrã ⁊c. dicũt ꝙ illa additio: ſuper
terrã:põt determinare pronomen tu incluſum in
verbo ſolueris:⁊ tũc eſt ſenſus. Quodcũqꝫ tu pe-
tre exiſtens ſuper terrã meus vicarius : ſolueris:
erit ſolutũ ⁊ in celis .i. approbabitur a me ĩ celis
claue ſcꝫ nõ errãte. Alio mõ põt determinare: q̃d
cũqꝫ: ⁊ tunc eſt ſenſus. Quodcũqꝫ ſolubile ſuper
terrã exiſtẽs:tu petre ſolueris:illud erit ſolutũ et
in celo. Et vterqꝫ ſenſus verus eſt:etiã referendo
ad aĩas ĩ purgatorio. De primo ſenſu manifeſtũ
eſt:quia petrus exiſtens in terra per modũ ſuffra
gij ſoluit aĩas in purgatorio. De ſcđo etiam ſen-
ſu pꝫ:q2 ⁊ papa ſoluit aĩas q̃ ſunt ſuꝑ terrã quan-
tũ ad meritũ ⁊ foꝝ:⁊ tales ſunt aĩe in purgatorio
¶ Si dicis papa non hꝫ aĩas ligare exiſtentes in
purgatorio:ergo nec ſoluere:cum vtraqꝫ autori-

Alexan.

tas:ſimul ꝯiunctim eſt tradita. Rñdet Alexã. ve-
rũ eſt a ñs:niſi ex aliqua cã ſpãli meruit aliq̃s eie-
ctionẽ a luminibus eccleſie:⁊ ita ſubtractionẽ ſuf
fragioꝝ. Conſequentia tñ nõ valet:⁊ eſt rõ: q2 aĩe
dũ viuerẽt in corpore:nõ meruerũt vt ligari poſ-
ſent poſt mortem: meruerũt aũt vt iuuari ⁊ ſolui
poſſent poſt mortẽ : etiã tũc nõ eſt tẽpus ligandi
ſed ſoluendi. Patet ita multiplex expoſitio auto
ritatis. Quodcũqꝫ ſolueris ſuꝑ terrã ⁊c. ¶ Poſ-
ſet etiam breuiſſime dici : ꝙ autoritas illa loquit̃
de ligatiõe ⁊ ſolutiõe ꝑ modum iudicialis autori
tatis:nõ aũt de ſolutione ꝑ modũ ſuffragij:q̃ mõ
ſoluit papa aĩas in purgatorio:⁊ illo mõ põt ali-
q̃s ſoluere bona cõicando ei q̃ nõ eſt de ſua iuriſ
ditiõe. ¶ Ad ſcđm qđ inducit incõueniẽs: ꝙ pa
pa poſſet quẽcũqꝫ liberare de purgatorio:⁊ etiaꝫ
poſſet euacuare purgatoriũ qñ vellet. Dicit̃ ꝙ ſi-
cut dicũt ſctũs Tho. ⁊ Bonauẽ. ꝙ indulgẽtia vt
valeat requirit̃ cã rõnabilis. Et diſpenſatio bo-
noꝝ eccleſie cũ moderamine ⁊ diſcretione facien
da eſt. Alioq̃n niſi diſcrete fiat:deus nõ accepta-
bit: q2 ipſe pater miarũ ſic miſeret̃ : vt ſemꝑ velit
timeri ſuã iuſticiã. Preterea indulgẽtie non dan
tur niſi ꝓpter aliqđ opꝰ pium ⁊ vtile ecclie:qđ ne
ceſſe eſt fieri ꝑ viuos ꝓ defunctis vt extẽdat ſe ad
defunctos:vix aũt vel nunq̃ a viuis tot pietatis

opera fierēt: vt per ea omnes anime in purgato-
rio exiſtentes a penis euolarent. Si tamen ita fie
ret per viuos: nihil incōueniēs eſt ꝑ indulgētias
euacuari purgatoriū: ſicut ꝑ cetera ſuffragia ec
cleſie in tantū multiplicata: ꝙ ſufficerent pro re-
dēptione aiarū oīm in purgatorio penas ſoluen
tiū: purgatoriū poſſet euacuari. Non ergo quaſ-
cunqꝫ vult papa de purgatorio liberat: ſed eas ꝓ
quibus fit opus pium: pro quo indulgentie con-
ceduntur. Et ſi ſemper inuenit cauſas rōnabiles
dandi indulgentias: poteſt ſemp eas dare: nec tñ
ſic euacuatur purgatoriū: quia nō ſemper proni
ſed deſides ſunt viui ad agendū pia opera pro de
functis. Et vtinā tantus eſſet in viuis feruor cha
ritatis: vt ſuis ſuffragijs aīe oīs de purgatorio
tollerentur. ¶ O Ad tertiū quod inducit negli-
gentiā eccl'ie ꝛ pontificis pro eo ꝙ nō extēdūt in-
dulgētias q̄ cōiter dātur: ad aīas defunctoꝝ. Cui
addaꝫ quinta rō: q̄ arguit ꝙ in gn̄e ſuffragiorum
apud btm̄ Aug. ꝛ Greg. nō fit mētio de indulgen
tijs. Rn̄detur ꝙ vt dictū eſt: cū diſcretione multa
theſaurus eccleſie diſpenſandus eſt ad eccl'ie vti
litatem. Unde maioribus eccleſie neceſſitatibus
maiores indulgentie reſeruantur. Ita quoqꝫ de-
functis ſuffragia impendenda ſunt: vt per hec vi
uis occaſio non detur deſidie: ꝛ abijciendi onera
ſatiſfactionis ꝓprie. Homines eñ tardi ad opa
ſatiſfactionis: ſi paſſim darētur indulgentie ple-
narie pro aiabus: cuꝫ per eas liberarenꝫ a penis:
omitterent opa ſatiſfactionis: qḋ foret magnum
malū viuentib⁹: cum per hoc priuarētur pmio eſ
ſentiali eterno correſpōndēte opibus ſatiſfacto-
rijs: quod eſt maius malum q̄ pati penā quācun
qꝫ tpalem. ¶ Et quod additur de Aug. ꝛ Greg. di
cendū: ꝙ ante tpa beati Greg. modicus vel nul-
lus fuit vſus indulgentiarū. Nunc aūt crebreſcit
earum vſus: ꝙ ſine dubio: eccleſia habens ſpiri-
tū ſponſi ſui chriſti: ꝛ ideo nō errans ſingula pro
ut expedit tpib⁹ ſuis diſtribuit: mota ꝛ illumina-
ta a ſpū dei: q̄ nouit tpa q̄ pater in ſua poſuit ptā
te: quorum myſteria indagare nō ſufficimus dicē
te filio. Nō eſt veſtrum noſſe tpa ꝛ momenta que
pater poſuit in ſua ptāte. Act. j. ¶ Poſſumus tñ
conijcere aliquas cauſas cur magis modo q̄ olī
vſus indulgentiarū crebreſcit: qm̄ in eccleſia pri-
mitiua caleſcēte adhuc recēter effuſo chriſti ſan-
guine: hoīes feruidi ſanctiſſime vixerūt. Et ſi q̄n-
qꝫ humana ex fragilitate ceciderunt: magnā ege-
runt pniam: vt patꝫ in ſanctis martyribus. Et in
vitis patrū ac legendis ſctōꝝ: idcirco indulgētijs
non egebant. ¶ Itē vt timor tranſgreſſionis mā-
datoꝝ dei induceretur in conuerſos fideles: gra-
ues pnīe iniūgebanꝫ ꝛ pene: ſicut ptꝫ de ſaphyra
ꝛ anania marito eius: q̄ propter mendaciū ſtatiꝫ
ſubitanea morte correpti ſunt: vt habetur Act. v.
vñ magnus timor cecidit in eccleſiā. ¶ Fuerūt et
hoīes proni ad ſuſcipiendū ꝛ agēdū ꝯdignos pe
nitētie fructus: ſm̄ exhortationē Joā. bap. Ideo
tunc nō fuit neceſſarius nec conueniēs indulgē-
tiarum vſus. Nūc vero tepeſcēte charitate in his
vltimis tpib⁹: nec ſatiſfactiōes cōdigne iniūgūꝫ:
nec modice iniūcte perficiūtur: ideo valde neceſ-
ſarius eſt copioſus indulgentiarū vſus: vt qḋ per
accidiā deficit: per alioꝝ ſuffragia ſuppleaꝫ. Sic
cū viuentes tepidi ſunt ad iuuandū aīas ꝑ ſatiſ-
factiōis opa ꝯdigna: decēs eſt ꝛ nūc indulgētias
ad eas extēdere: vt non careant beneficio auxilio
rū. Uñ de hoc arguit Alex. de Ales ad propoſitū
dicens. Pater mīe oībus ꝓuidit ſm̄ ordinatiſſi-
mā diſpoſitionē: ꝛ miſericordiſſimā ſuā pietateꝫ:
ſꝫ recta ordinatio charitatis que exigit vt vn⁹ ab

Modicus vel nullus fuit vſus indulgentiarū añ tēpora btī Gregorij.

Actuū. j.

Mat. ꝛ Luce. iij.

Alexan. de Ales.

alio poſſit adiuuari: hoc maxime exigit circa eos
qui ſe iuuare nō poſſunt. Si ergo hoībus in hoc
ſeculo cum indigent auxilio: prouidit deus de au
xilio per indulgentiā eccleſie conferendā: cum illi
de purgatorio indigeant auxilio: ꝛ ſe iuuare non
poſſunt: videtur ꝙ de indulgentia eis conferen-
da maxime prouidere debuit. Adde: maxime eo
tpe quo alia auxilia negligentius impenduntur.
Non ergo pia mater eccleſia negligēs fuit circa
filios ſuos defunctos: non ſemper: nec frequēter
indulgentias hmōi impetiendo: ſed ordinate eas
diſtribuit vtriſqꝫ conuenit: viuētibus ꝛ defun-
ctis: prout tempus ꝛ conditio exigit: ꝛ prout regi
tur directione ſpiritusſancti. ¶ P Ad quartum
quod arguit ꝙ inutiliter ſumptus fierent in exe-
quijs anniuerſarijs ꝛc. Dicendū ꝙ neqꝫ ſtulte ne
qꝫ fruſtra fiunt ſuffragia defunctoꝝ in ſacrificijs:
in orationibus: abſtinentijs ac eleemoſynis: licet
anime pro quibus hec fiunt: indulgentias plena
rias ꝯſequerētur. In cuius rei ſignum etiam pro
baptizatis in infantia defunctis: nō iutiliter exe-
quie per ſacrificij oblatiōes ꝛc. fiunt: vnde Alex.
de ales par. iiij. q. xlij. ar. vlt. ait. Eccleſia inſtituit
ſacrificiū altaris offerri debere pro paruulis de-
cedentibus in innocentia baptiſmali: de quibus
conſtat ꝙ ſtatim euolāt: cuius multe ſunt rōnes:
ſcꝫ conformitatis eccleſiaſtice ꝯſeruatio: deuotio
nis fideliū ꝛ maxime parentū excitatio: beneficij
redemptionis recordatio: ꝯnexionis paruuloruꝫ
cū ꝯmembris corporis xp̄i myſtici ſignificatio: aīa-
rū purgandarū ſarcine ſubleuatio: debite laudis
diuine expreſſio. Ut eñ conformitas eccl'ie in exe
quijs mortuoꝝ ꝯſeruetur: vt deuotio fideliū ꝛ ma
xime parentū excitēꝫ: vt bñficiuꝫ redēptionis: qḋ
maxime locū habet in paruulis merito paſſiōis
ſaluandis rememoretur: vt ꝯnexio paruuloꝝ cuꝫ
ꝯmēbris corporis chriſti myſtici ſignificeꝫ: ex hoc
paruuloꝝ exeq̄e ſicut ceteroꝝ membroꝝ celebran
tur: vt purgandarū aīaꝝ ſarcina ſubleuetur: et vt
debitū diuine laudis exprimatur: q̄ ſcꝫ ſaluatori
exhibenda eſt: ex hoc ꝙ ſine paruulorum meritis
gratie ſue ſinceritate ſaluātur: conuenit: vt pro il
lis miſſarum ſolennia celebrentur: ꝛ ſalutaris ho
ſtia offeratur. Ex hoc eñ ꝙ pena aiaꝝ purganda
rū illorum gratia mitigatur: ꝛ laus deo exoluitur
ꝛ deuotio fideliū ad eorundē meritum excitatur:
accreſcit paruulis materia gaudioꝝ. Hec Alexā.
¶ Si ergo hec pro paruulis nullis actualiū pec-
catorū maculis fedatis agēda ſunt: de quoꝝ btī-
tudine nullū relinquiꝫ dubiū: quāto magis omit
tēda nō ſunt ꝓ adultis ꝓ quib⁹ indulgētie plena
rie ꝓcuranꝫ: vbi adhuc de eaꝝ liberatione a pur-
gatorio aliquale dubiū eſſe poſſet: nō q̄n indulgē
tiā participēt plenariā: euolēt. Sꝫ dubiū eſſe poſ
ſet an cā indulgētiaꝝ ſit ea quā de⁹ approbat: an
ꝯferētis intētio ſana ſit ꝛ integra: ꝛ nō ſubdola ex
ſimonie vitio vel auaritie ꝓcedēs: q̄ licet nō ſint
facile ꝓſumēda: nō tñ ſunt vndequaqꝫ certa: naꝫ
claue errāte: ptās clauium debita caret efficacia.
¶ Q Deniqꝫ etſi certū foret defuncti aīam idul-
gētie effect⁹ ꝯſecutā eſſe: nō iō ex pmiſſis cauſis
ꝛ rōnibus omittēda ſūt ſuffragia: ſicut nec ꝓ par
uulis quorū certa eſt ſaluatio: q̄ magis hic q̄ ibi
dicte militāt rōnes. Nā per hec ſuffragia magis
q̄ ꝑ idulgētias ꝓcuratas: laus ꝛ honor redditur
deo: fruct⁹ amplior accreſcit ſubueniēti amico: et
augetur cumulatius glīa accidētalis liberando.
Manifeſtū eſt eñ per miſſe ſacrificiū: ꝑ orōnes
deuotas: per multiplicatas eleemoſynas: et cre-
bra ieiunia: magis deū glorificari: cuius ptātem:
miām: iuſticiam: benignitatem in his operibus

ex

ex charitate ad dei gloriā primo ꝛ principaliter:
ꝛ ſecūdario ad anime liberationē exhibitꝫ prote
ſtamur: ꝙ per vnū ſolū op9 cōtributiōis ad ſan
ctā cruciatā: vel ecleſie particularꝫ edificationē
vel pauperū in hoſpitali aliquo collectoꝝ ſuſtē-
tationē. Sic etiā qꝛ illa ſuffragia defunctis impē
ſa ꝑ modū ſatiſfactionis magis ꝓficiūt faciētib9
viuis: ꝙ indulgētie defunctis acquiſite: nō ſunt
aliquatenus omittenda. Quō autem ſuffragia
defunctorū facientibus ea ꝓficiant: dicetur lec.
lviij. et in allegatis ibidē. ¶ R Magis deniq
proficit aiab9 liberatio ꝑ ſuffragia ſatiſfactoria
charorum: ꝙ per ſolas indulgentias cōceſſas ex
ptāte clauiū: nā ꝑ iſtas tm̄ tollitur pena: ſed ꝑ ſa
tiſfactoria charoꝝ opa: ꝛ pena aiaꝝ tollit̄: et gau
diū eis accidētale ꝑpetuū cumulat̄. Gaudēt em̄
plurimū de ꝓfectu amicoꝝ ſuffragia ipēdētium:
gaudēt āpli9 de honore deo ꝑ hmōi ſuffragia ex-
hibito: gaudēt de auxilio ceteris aiabus ꝑ hmōi
ſuffragia ipēſo. Siqdē idulgētie alicui aie acq̇ſi-
te: ei tm̄ et nō aliis ꝓficiūt ad pene mitigationeꝫ

Suffragia nō fiunt ꝓ vna ſola anima.

aut totalē liberationē. Nūꝙ aūt ſuffragia fiūt ꝓ
vna ſola aia: lꝫ principalr̄ fiāt ꝓ vna. Semꝑ em̄
in diuinis officiis ꝛ orōnib9 ꝛ ceteris ſuffragiis: nō
ꝓ vna ſola ſit ſacrificiū orō vel ſuffragiū: ſꝫ etiaꝫ
mēoria fit oim̄ defunctoꝝ i charitate decedētiū.
Siquidē ab oibus orando addit̄. Et aie oim̄ fi-
deliū defunctoꝝ requieſcant in pace. Vñ magis

Animab9 magis proficit liberari per opera ſatiſfactiōis ꝙ ꝑ indulgentias.

ꝓficit animab9 liberari ꝑ opa ſatiſfactiōis: ꝙ ꝑ
indulgētias: licet ꝑ illa tardius: ꝑ iſtas citi9 libe
rent̄: qm̄ ſati9 videt̄ ad tp̄s penā pati: ꝙ gaudio
etiā accidētali ꝑpetuo ꝓuari. Qꝛ tm̄ raro a viuis
opa ſatiſfactoria impēdunt̄: q̇ ſufficiāt ad aie li-
berationē: ideo cōſultū eſt vt indulgētie dū pro
aiab9 cōferūt̄ nullaten9 negligāt̄. Nec ꝓpter in-
dulgētias acq̇ſitas cetera omittāt̄: qm̄ etſi aiab9
ꝑ indulgētiā liberatis nō ꝓficit ſatiſfactiōis ſuf
fragiū ad pene ſublationē: proficit tm̄ eis ad glo
rie augmentū: ꝓficit aliis animabus ꝓpinquo-
rū: vel generaliter oibus ad pene mitigationem
ꝓficit faciēti ad meritū gratie: ꝛ glorie augmen-
tū. deo ad honorē: ꝛ cetera. Per hec etiā deduci
pōt ſufficiētia ſolutionū rationū adductarum ꝓ
hac opinione: immo pro declarata veritate. Et
tm̄ de illo. ¶ S De quinta queſtione principali
ſcꝫ ad quid ſuffragia non valeant defunctis iam
ex premiſſis patet reſpōſio. Ideo breuiter reſpō-

Prima propoſitio.

detur ꝑ quattuor ꝓpoſitiones. Prima. Suffra-
gia viuoꝝ nō valent defunctis ad ſtatus muta-
tionē: ſtatus dico dānationis vel beatitudinis.
Probat̄: qꝛ ꝑ nulla ſuffragia eccl̄ie ipetrari pōt:
vt aliq̇s defunct9 de ſtatu dānatiōis mutetur ad

Eccl̄s. xi.

ſtatū ſalutis: ſtante imutabl̄r hac ſnia. Eccl̄s. xi.
Lignū vbi ceciderit ſiue ad hauſtrū: ſiue ad aq̇lo
nē: ibi erit. glo. Locū queꝫ hic tibi preparaueris

Beatus Thomas.

in futuro habebis. Rōnē aſſignat btūs Tho. q.
iiij. diſt. xlv. quarti ſcripti arti. j. qꝛ fors glie red-
dit̄ ſm̄ menſurā accipiētis: hoc eſt diſpoſitionis
dignitatis ei9 ad premiū. Unuſquiſq aūt ex ſuo
actu diſponit̄: nō ex actu alteri9: actu inquā vo-
lūtario. Nihil aūt volūtariū eſſe pōt: niſi ſua ꝓ-

Diony.

pria voluntate. Et ad hoc facit illō Dioni. eccle.
hierar. Qui pie inquit: vixerunt luciddiſſima diui
naq vita ꝓ merito ab equiſſimis lancibus red-

Secunda propoſitio.

ditur: ꝓ merito haud dubiū ſuo: nō alioꝝ. ¶ Se
cunda ꝓpoſitio. Per viuoꝝ ſuffragia defunctis
non cōparantur merita noua. Patet: quia ſi no
uum eis meritum acquireret̄: acquireret̄ nouus
gradus beatitudinis: et mutaretur ſtatus ꝑmij
eſſentialis: cuius oppoſitū dicit prima ꝓpoſitio
Pꝫ etiā ex allegatis autoritatib9 in pria qōne: ex
quib9 ſufficiēter deductū eſt: ꝙ beatitudo vnicui

Tertia propoſitio.

q reddit̄ ſm̄ ꝓpria merita. ¶ Tertia ꝓpoſitio.
Suffragia viuoꝝ valēt defunctis ad beatitudi-
nis accelerationē. Probat̄: qꝛ ſuffragia ſm̄ pre-
miſſa valēt ad remiſſionem pene ſatiſfactorie in
purgatorio in toto vel in parte: quā tenent̄ i grā
decedētes pati: in ſupplemētū ſatiſfactionis cō-
digne hic neglecte. Huius pene debito manēte
nullus beatificari pōt: qꝛ nec cū debito pene ſi-
mul ſoluende in btitudine. Hoc em̄ eſt impoſſi-
bile: qꝛ ois pena repugnat beatitudini. Nec po-
ſterius ſoluēde: qꝛ nihil eſt poſt btitudinē: cū ipa
ſit eterna fine carēs: ꝛ ꝯñs etiā oē debitū pene re
pugnat beatitudini. Remiſſo itaq hmōi debito
ſublatū eſt impedimētū beatitudinis: quo ſubla
to acceleratur beatitudo. Sententia eſt Sco. in
iiij. ſcripto. diſt. xxi. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Suffra-

Quarta ꝓpoſitio.

gia a viuis defunctis impēſa: augēt in eiſdē bea
titudinē accidētalē. Pꝫ illa ꝓpoſitio: qꝛ cū aie in
purgatorio ſunt beatificāde: ꝛ in btitudine non
ſolū gaudebūt de ꝑfectionib9 diuinis (qō perti-
net ad btitudinē eſſentialē) ſꝫ ēt de bonis ꝓpriis
ꝛ oim̄ electoꝝ. Et qꝛ ſuffragiū eſt q̇ddā bonū etiā
in faciētibus remunerādū: gaudebūt de hoc bo
no ꝓximi ſicut de oib9 bonis ꝓximoꝝ. Hoc aūt
gaudiū: qꝛ eſt de bono creato: ꝛ de bono creatu-
re: ꝑtinet ad btitudinē accidētalē. Sic ꝛ de libe-
ratione vni9 aie a penis purgatorij: oēs alie aie
in purgatorio gaudēt: ꝛ ꝯſolationē quandā acci
piūt. ¶ T Et ſm̄ hūc modū ſuffragiū vni anime
ſpecialiter impēſum: valet oib9. Tho. vij. q. diſt.
xlv. Ualet em̄ ſuffragioꝝ vno mō valet ex radice
charitatis: q̇ facit oia cōia: ꝛ ſic attēdit̄ magis ſꝫ
quādā interiorē cōſolationē: ſm̄ ꝙ in charitate
exiſtēs gaudet ac cōdelectat̄ de bonis alteri9: ꝙ
ſm̄ pene diminutionē. Et ſic magis valet ei q̇ hꝫ
maiorē charitatē: lꝫ ꝓ eo ſpecialiter nō fiat. Nā
q̇ magis diligit ꝓximū: magis gaudet ac delecta
tur de bono ꝓximi: ꝙuis ꝑ hoc pene nō minuan
tur: niſi ꝙtū illud gaudiuꝫ de alteri9 bono: puta
liberatiōis aut merito ſuffragiū impendētis: ſen
ſum pene q̄ſi ſuſpēdēdo vel patiētē ꝯfortādo mi-

Ariſto. vij. Ethico.

nuit: qꝛ ſm̄ phm̄. vij. Ethi. delectatio de q̇cūq mi
nuit triſtitiā inexiſtētē. Et ſm̄ hūc intellectū va-
dit opinio ꝑpoſitiui. ſ. lec. xxvij. recitata: ſcilicet
ꝙ ſuffragia ꝓ vno facta nō magis ei ꝓficiāt ꝓ q̇
fiūt: ꝙ illis q̇ ſunt magꝫ digni: ſicut cādela aliq̇ q̇
accēdit̄ ꝓ aliq̇ diuite: magis prodeſt illis ſecū exi
ſtētib9 q̇ habēt oculos clariores: ꝛ lectio q̇ ꝓ vno
legit̄: nō min9 ꝓdeſt aliis q̇ ſimul audiūt: immo
eis ampli9 q̇ ſenſu magis ſunt capaces. Sec9 au
tem de valore ex hoc ꝙ ꝑ intētionē faciētis alte-
ri applicat̄: ſic em̄ vt dictū eſt: hꝫ rōnē ſatiſfactio
nis tranſlate in alterū. Satiſfactio aūt ꝓprie ad
pene remiſſionē ordinat̄: ꝙtū aūt ad dimiſſionē
pene: ꝑcipue ei valet ꝓ q̇ fit: ꝛ ꝙtū ad hoc nō aſſi
milat̄ ſuffragiū lumini vel lectioni. Nam lumen
poſtꝙ accēſum fuerit: naturaliter agit illuminā
do: nō ſm̄ intētionē ꝛ volūtatē ponētis ſeu accē-
dētis. Debiti em̄ ſolutio liberare ſolet ſꝫ intētio
nē ſoluētis: ꝓ quo em̄ debitū ſoluēs intētionem
ſuā dirigit ꝛ ordinat: is ꝛ nō ali9: a debito libera-
tur. Quātū aūt ad ꝯſolationē ꝛ gaudiū qō infert
ceteris de bono ꝓximi dilecti: ſic nō agit ſm̄ intē
tionē facientis ſuffragiū ſꝫ q̄ſi naturaliter ſm̄ di
ſpoſitionē alioꝝ in charitate. Quare velit nolit
impēdēs ſuffragiū ꝓ vno: ceteri q̇ hūc: aut impē
dentē diligūt magis de ſuffragio gaudēt. Et quā
tum ad hoc nō incōuenicter aſſimilat̄ lectioni ꝛ
lumini. Et de hac materia lati9 vide in lec. iā al-
legata: vbi etiā lati9 tractat̄ vtrū ſuffragiū ſi plu-

rib⁹ impēdit:tm̄ valet cuilibet pluriū:q̄tū ad pe
ne ſolutionē:q̄tū valeret ſi vni ſoli impēderetur.
Itē quō ſe habeāt obligati ad ſuffragia plurib⁹:
vtrū vno ſuffragij actu(exēpli cā)vna miſſa cele
brata ſatiſfaciat oībus. Siſr ꝛ de applicatiōe ſuf
fragioꝝ:pſertim fructus miſſe quēadmodū fieri
poſſit ꝛ debeat a ſacerdote:ꝛ multa alia ad hec p
tinētia:ſupra cū de memoria vivoꝝ agereť:lati⁹
tractata ſunt:ꝛ ideo hic dimiſſa. ¶ U Reſtat ſe-
xta qō ſupra mota:ſcꝫ quoꝝ ſuffragia proſint: an
tm̄ exiſtētiū in gr̄a:an etiā pctōꝝ? ¶ Ad hāc que
ſtionē q̄tū ad ea ſuffragia quoꝝ virt⁹ ꝯſurgit ex
ope opato:iā rńſum eſt ſtatim ſupra. Siſr q̄tum
ad op⁹ operās dū faciēs agit vt miniſter in pſo-
na alteri⁹. Ideo breui⁹ dr̄ poſt ſctm̄ Tho. diſ. xlv.
q. iiij. ar. iij. ꝛ Ric. eadē di. ꝙ op⁹ ſuffragij fieri po — *Opus ſuffragij fieri pōt ab aliquo dupliciter.*
teſt ab aliquo dupliciter. Vel vt a cā pncipali nō
mota:ſꝫ mouēte mādāte aut ordinante op⁹ fieri.
Alio mō tāq̄ a cā inſtrumētali: puta dū faciens
op⁹ agit vt mot⁹ ab alio vt q̄ facit ad alteri⁹ mā-
datū vel ordinationē. Sequiť aūt op⁹ cōditionē
agētis pncipalis magis q̄ inſtrumētalis. Vñ ſi
autor opis pncipalis:ſiue p ſe faciat:ſiue p aliuꝫ
mādet fieri:nō fuerit in charitate: dū mādat vel
ordinat:ſiue fiat executio opis p bonū vel malū
miniſtrū:nō pdeſt defuncto niſi forte p accidēs:
vt ſi paupes eleemoſynā recipiētes excitanť per
hoc ad orādū p defuncto. Sed iſte eſt effect⁹ ope
ris opati:de quo nūc loq̄mur. ¶ Et dico notāter
dū mādat:q2 lꝫ autor pncipalis poſtq̄ mādauit
ante opis executionē iuſtificeť:q2 tn̄ opus ſequiť
cōditionē autoris:dū autor fuerit operis. i. dum
ordinauit op⁹ fieri nō pdeſt defuncto. Siſr ꝛ ecō
uerſo:ſi dū ordinat op⁹ fieri:fuerit in gratia:licet
poſt incidat in mortale priuſq̄ op⁹ fiat:nihilomi
nus valet opus defuncto:q2 hꝫ vigorē ſuū ex pri-
ma ei⁹ ordinatione. Si vͦo faciēs op⁹ facit ipſuꝫ
vt inſtrm̄ motū ab alio:q2 opus fit in pſona prin
cipaliter mouētis ex cui⁹ pſona fit: vnde ſi fit ex
perſona eccleſie:q̄ nunq̄ caret gratia:ſemper va
let. Si vero ex perſona priuati hominis ordinan
tis:ſequiť illius cōditionē:ſi fuerit in gratia: tūc
cū ordinauit:valet ſuffragiū:nō aūt valet ſi tunc
fuerit in mortali:licet recuperet poſtea gratiam
ante executionē opis: niſi de nouo mādaret aut
de nouo acceptaret. Verū eligibili⁹ eſt executio-
nem operis fieri p bonū miniſtrū q̄ per malū:q2
ſi per bonū op⁹ ordinať:ꝛ p bonuꝫ fiat executio:
tūc cū principali cōcurrit etiā deuotio pſonalis
miniſtri:quā miniſter vt principaliter agens ſue
deuotionis pōt trāſferre in defunctū. ¶ X Ex il-
lo ſequiť:ꝙ cautius eſt ordinare ſuffragia p de-
functis p officia eccleſie:vt p miſſas et exequias
funerales. Illa etenim ſemp valēt defuncto ſi ca
pax fuerit:nō obſtāte indiſpoſitione ordinantis
particularis ſeu miniſtri exequētis. Nā iſta ſuf-
fragia fiūt ex pſona eccleſie vt pncipaliter agen-
tis:ꝛ vices ſuas miniſtris cōcedētis vt ex eccleſie
perſona ſuffragia ſua applicent cui voluerint:vt
ſupra patuit lec. xxvj. ¶ Scđo ſequiť ꝙ cautum
valde ꝛ vtile foret:vt volens ordinare eleemoſy-
nas vel alia ſuffragia pro defunctis:ſiue alijs:ſi-
ue p ſeipſo poſt mortē exequēda:ſe prius per pe-
nitētie ſacramētū purgaret:ac ſe deo reconcilia-
ret:quatenus ea in gratia exiſtens ordinaret: q2
tunc in virtute illius ordinationis in gratia or-
dinatoris facte valerēt futura ſuffragia: etiam ſi
*Sententia ſancti tho.* pctōres exequerenť. ¶ Hec aūt rńſio fundať in
alia ſancti Tho. qui tenet ꝙ ſatiſfactio iniūcta:
facta in mortali:nō tollit penaꝫ pctō dimiſſo de-
bitā:quā tenet in. iiij. ſcrip. diſt. xv. q. iij. articu. ij.

¶ Verū tenentes oppoſitā opinionē doc. ſubti-
lis in quarto diſt. j. q. j. ſcꝫ ꝙ in pctō mortali pōt
quis ſatiſfacere p pctō prius dimiſſo:ita ꝙ ſatiſ-
factio illa tollat penā:licet nō ſit placās nec recō
cilians: ita ꝙ ſi quis pro mortali ſic poſt prioreꝫ
penitentiā cōmiſſo dānareť: pro peccatis prius
dimiſſis quoad culpā ꝛ impleta ſatiſfactione in-
iuncta:ſi fuerat cōdigna in mortali nō punietur
in inferno. Et ſuppoſito ꝙ alter p altero pōt ſa-
tiſfacere qđ oēs tenēt:videtur poſſe dici ꝙ ſuffra
gia p defunctis facta ab exiſtente in mortali tan
quā a principali cauſa:pro q̄to ſunt opera ſatiſ-
factoria:etiaꝫ valēt exiſtentib⁹ in purgatorio ad
pene ſolutionē. Si nanq̄ is qui facit: poſſet pro
ſuis peccatis ſatiſfacere q̄uis ſit extra gratiam:
q̄to magis p alio exiſtēte in gratia: quales ſunt
vincti i purgatorio? Et iſta opinio eſt magꝭ pia:
licet prior ſit ſecurior et minus dubia. Satis eñ
certuꝫ eſt ꝙ ſuffragia q̄ impenduť ab eo qui eſt
in gratia tanq̄ a principali agēte: valēt: de alijs
non ita certū. ¶ Y Et quia incidit materia de or
dinatione ſuffragioꝝ videndū eſt vtrū ordinans
aliquid in teſtamēto pro ſe fieri: vt celebrare miſ
ſas:dare eleemoſynā:augeri cultū diuinum:idq̄
per teſtamentarios negligatur: aut etiā ordina-
tum per miniſtros eccleſie aut heredes omitta-
tur:defunctus nihilominus fructum abſolutio-
nis a pena conſequatur. Sed hec determinatio
queſtionis ſequenti lec. reſeruetur.

## ¶ Lectio. lviij. A



V:
pereſt
ſoluere
queſtio
nem in
calceſta
tim le-
ctionis
pceden
tis mo-
tā. Pro
cui⁹ ſo-
lutione
reme-
moran-
dum eſt
quod ſupra in principio precedētis lectionis la-
tius habitū eſt:ꝙ ſuffragia ex duob⁹ valēt: ſcꝫ ex
ope operātis tā pncipalis q̄ inſtrumentalis exe
quētis. Scđo ex ope opato nō ſolū ex inſtitutiōe — *Suffragia ex duobus valent.*
xp̄i vel eccleſie:vt pꝫ in ſacris ꝛ orōnib⁹ et actib⁹
priuilegiatis. Sꝫ etiā q̄nq̄ ex effectu cōſequente
ipm̄ op⁹ operatū:vt ex orōne pauperū p defun-
ctis eleemoſynas recipientiū. Quo in memoriā
reuocato:ſimul ꝛ ad q̄d valēt mortuoꝝ ſuffragia.
Rńdeť p aliquas ppoſitiones. ¶ Prima. Ordi- — *Prima propoſitio.*
nans in teſtamēto aliquid p ſe aut ſuis: aut qui
buſcūq̄ fidelib⁹ poſt mortem: ſi tunc cū ordinat
fuerit in charitate:efficaciā ſuffragij per eū ordi
nati:correſpōdētē opi operāti pncipalis agētis
quaten⁹ eſt meritoriū p̄mij eſſentialis:qđ ē aug-
mētū gr̄e ꝛ glīe:plene ꝯſequeť:ſiue fiat op⁹ ordi-
natū:ſiue nō. Ipſa ppoſitio eſt bti Tho. in q̄rto
ſcripto di. xlv. q. v. ar. ij. in ſolutione vltimi argu-
mēti. Et pbať:q2 talis effect⁹ correſpōdet bono
mortui aīe quem elicuit ex charitate:ordinando
hmōi ſuffragiū in finē debitū ꝛ vltimū qui deus
eſt. Hoc eſt ordinās hmōi ſuffragiū p ſe et ſuis:
vt citius deo iungať:eorūq̄ cōſortio: de quibus
pſalmiſta

pſalmiſta dicit pſ.lxxxiij. Beati qui habitāt in
Pſalmus. domo tua dñe:in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te.
Sicq; per eū cū ceteris deꝰ collaudetur : ac ſua
volūtas in ſctōꝝ predeſtinatione impleaꝫ: ⁊ ita
finaliter ꝓpter deum. Iſte aūt actus boni motꝰ
ordinantis iā ꝑfectꝰ eſt:nec depēdet a ſuffragio
poſt futuro quātū ad merita : ergo ſiue fiat ſuf-
fragiū:ſiue nō fraudabitur premio ſibi debito:
immo quātū ad augmētum grē:ſtatim cōſeqtur
premiū:⁊ quātū ad gloriā:ſtat ſimilr ipm cōſeq
Scda pro-poſitio. prius ꝙ ſuffragia fiant. ¶ B Scda propoſitio.
Ordinans in teſtamento vel alſ ſuffragia poſt
mortē agenda:ſi illa nō fiant:fruſtraꝫ ſuffragioꝝ
efficacia correſpōdente operi operanti agentis
principalis quātum ad premiū aliquod accidē
tale qđ eſt pene alleuiatio:⁊ detentionis in pur-
gatorio abbreuiatio. Hec ex Richar.in.iiij.di.
xlv.q.v.principali.arti.iiij. Et ptꝫ : qꝛ quantum
ad hūc effectū meritū eſt ꝯditionale ſi fiat: ideo
nō exiſtente cōditione:nō exiſtit meritū. Unde
Ordinans aliquid fieri ex charitate duplr meretur. aduertendum ꝙ ordinans aliquid fieri in chari
tate:ſic ordinando duplr meretur;ſcꝫ premium
eſſentiale qđ eſt augmentū grē in pñti : ⁊ glorie
in futuro : de quo precedens propoſitio. Scdo
meretur premium accidentale multiplex : quoꝝ
eſt vnū:ꝙ ſi fiat ordinatū per ipſuꝫ: prodeſt ſibi
ad pene purgatorij alleuiationē:⁊ iſto pmio fru
ſtratur:ſi ordinatum per ipm nō fiat:quia vt pꝫ
ex dictis:gñaliter ſuffragia poſt mortē illis pro-
ſunt dūtaxat:qui dum vixerunt meruerunt vt eis
poſt mortē prodeſſent:nec tñ proſunt ſi nō fiāt:
ita in caſu noſtro ſpeciali:alioquin nō plus pro
deſſent facta ꝙ nō facta. ¶ Et notāter dictū eſt
ſi tunc cum ordinat fuerit in charitate:qꝛ ſi ordi
nans nō fuit in charitate dum ordinauit: nihil
meretur per ſuam ordinationem:etiā ſi ordina-
ta fiant quātū eſt ex operāte:ſiue poſtea recupe
ret charitatē ſiue nō niſi per nouū actū recupe-
rata charitate ordinationē illam innouet eā ra-
tihabendo:quia tunc ex illo actu nouo in grā
elicito ſortitur efficaciam:ſiue nō recuperet ⁊ dā
netur. Nec em̄ tunc proficiet quoad penam pro
venialibus ⁊ mortalibꝰ hic dimiſſis in inferno
Tertia pro-poſitio. temporaliter ſoluendam: vt patet ex premiſſis.
¶ Tertia ꝓpoſitio. Ordinās in teſtamēto ſuffra
gium poſt mortē impēdēdū:nullū penitꝰ effectū
conſequitur ex ope opato:ſi ſuffragiū negligaꝫ.
Patet manifeſte:qꝛ neglecto ſuffragio nullū eſt
opus opatū. Ex nihilo autē nihil fit:⁊ qđ nō eſt
Quarta ꝓ-poſitio. futurū nihil vtiq; cauſabit. ¶ Quarta propoſi-
